

*Additiones* from Thibaud Payen's edition of the *Manipulus florum* (Lyon, 1567)

Abstinentia (p.14)

In abstinentia discretio servada est.

Gregorius 20. moralis.

---

[locus nondum inuentus]

Abstinentia (p.17)

Abstinemus magis propter sanitatem quam propter beatitudinem.

Chrysostomus super Mattheum homilia 31.

---

[locus nondum inuentus]

Abusio (p.18)

Coeco lumen, surdo sermonem, sapientiam bruto offerre, labor irritus.

Cyprianus.

---

Certe et labor irritus et nullus effectus, offerre lumen caeco, sermonem surdo, sapientiam bruto; cum nec sentire brutus possit, nec caecus lumen admittere, nec surdus audire.

Cyprianus Carthaginensis, *Liber ad Demetrianum*, 1 (PL 4, col.545A).

Abusio (p.18)

Inter abusiones huius seculi sola maior est, senis obstinatio.

Hugo de clauſtro animae.

---

Inter abusiones hujus saeculi sola major est senis obstinatio.

Hugo de Sancto Victore, *De clauſtro animae* 2, 15 (PL 176, col.1064C).

Adiutorium (p.24)

Illis favemus saepius, a quibus referendae gratiae vicem speramus.

Ambrosius de officiis.

---

His enim fauemus frequentius a quibus referendae uicem speramus gratiae.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2, 25, 126 (CCSL 15, M. Testard ed., p.142, ll.2-3).

Adiutorium (p.25)

Adiuuare imbecillem charitatis est, adiuuare velle potentem, elationis.

Gregorius 7. moralis.

---

Adiuuare imbecillem, caritatis est; adiuuare uero potentem uelle, elationis.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 17, 18, 26 (CCSL 143A, ed. M. Adriaen, p.866, ll.3-4).

Adiutorium (p.25)

Nullius ope indigere se putat, qui alteri suam negat.

Lactantius libro 6.

---

nam qui se a praestando auxilio remouet, etiam ab accipiendo remoueat necesse est, quia nullius opera indigere se putat, qui alteri suam denegat.

Lucius Caelius Firmianus Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6, 10, 24 (CSEL 19, S. Brandt et G. Laubmann eds., p.518, ll.10-12).

Adiutorium (p.26)

Alteri vivas oportet si tibi vis vivere.

Seneca epistola 43.

---

Nec potest quisquam beate degere qui se tantum intuetur, qui omnia ad utilitates suas convertit: alteri vivas oportet, si vis tibi vivere.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 5, 48, 2 (L. Reynolds ed., vol.1, pp.124-125, ll.25-27, 1).

Adiutorium (p.26)

Homo in adiutorium mutuum generatus est.

Seneca de ira.

---

Homo in audiutorium mutuum genitus est, ira in exitium; hic congregari uult, illa discedere, hic prodesse, illa nocere, hic etiam ignotis succurrere, illa etiam carissimos petere; hic aliorum commodis uel inpendere se paratus est, illa in periculum, dummodo deducat, descendere.

Lucius Annaeus Seneca, *De ira*, 1, 5, 2 (L.D. Reynolds ed., p.45, ll.2-7).

Adiutorium (p.26)

Homines hominum causa generati sunt, ut ipse inter se alii aliis prodesse possint.

Cicero de officiis.

---

[locus nondum inuentus]

Angelus (p.68)

Per angelos Deus patribus loquitus est et apparuit.

Augustinus de aeternitate Dei.

---

[locus nondum inuentus]

Angelus (p.68)

Angelus tuba Dei est.

Augustinus tractatu ego sum.

---

Quamvis quod dictum est, *In jussu, in voce archangeli*, possit etiam sic intelligi, ut ipsa vox archangeli jussu Dei fieri accipiatur, id est, ut angelus qui tuba Dei esse intelligendus est, a Domino Deo jubeatur emittere vocem suam, quod inferiori creaturae necessarium erit audire, cum Filius Dei descendet de coelo.

Augustinus Hipponensis, *Contra sermonem Arianorum*, 13 (PL 42, col.693).

Angelus (p.68)

Angelus officii non naturae nomen est.

Augustinus.

---

Spiritus enim naturae nomen est, angelus actionis.

Prosper Aquitanus, *Expositio psalmorum a centisimo usque ad centisimum quinquagesimum*, 103, 4 (CCSL 68A, P. Callens ed., p.19, ll.93-94).

Angelus (p.70)

Angeli ad ministerium pro nostra salute semper mittuntur.

Gregorius in pastorale.

---

Quomodo enim aut semper assistere aut uidere semper faciem Patris possunt si ad ministerium exterius pro nostra salute mittuntur?

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 2, 3, 3 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.61, ll.16-18).

Angelus (p.70)

Angelo apostatae similis efficitur homo, qui hominibus esse similis deditur.

Gregorius in pastorale.

---

Apostatae quippe angelo similis efficitur, dum homo hominibus esse similis deditur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2, 6 (SC 381, F. Rommel ed., p.206, ll.61-62).

Anima (p.73)

Animae oculus mens.

Augustinus in soliloquiis capitulo 5.

---

[locus nondum inuentus]

Anima (p.73)

Animae patria est Deus ipse.

Augustinus de quantitate animi capitulo 1.

---

Propriam quandam habitationem animae ac patrum deum ipsum credo esse, a quo creata est.

Augustinus Hipponensis, *De quantitate animae*, 1, 2 (CSEL 89, W. Hormann ed., p.132, ll.11-12).

Anima (p.73)

Animam iusti est sedes sapientiae.

Augustinus super Psalmos.

---

Ecce animam iusti dixit frameam Dei; iterum dicit animam iusti esse sedem Dei; anima iusti sedes sapientiae.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 34, 2 (CCSL 38, J. Fairpont ed., p.301, ll.44-46).

Anima (p.73)

Anima hominis aut a Deo aut a diabolo regitur.

Augustinus sermone 84. de temporibus.

---

[locus nondum inuentus]

Anima (p.73)

Animae medicina est credere in Christo.

Augustinus de veritate Domini.

---

Medicina omnium animae vulnerum, et una propitiatio pro delictis hominum est, credere in Christum: nec omnino quisquam mundari potest, sive ab originali peccato, quod ex Adam traxit, in quo omnes peccaverunt, et filii irae naturaliter facti sunt; sive a peccatis quae ipsi non resistendo carnali concupiscentiae, sed eam sequendo, eique serviendo in flagitiis et facinoribus, addiderunt; nisi per fidem coadunentur et compaginentur corpori ejus, qui sine ulla illecebra carnali et mortifera delectatione conceptus est, nec eum in delictis mater in utero aluit, et peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 143, 1, 1 (PL 38, col.784-785).

Anima (p.73)

Anima etiam pessima, melior optimo corpore.

Augustinus de veritate Domini libro 9.

---

[locus nondum inuentus]

Anima (p.73)

Animas mortuas multi in corpore vivo habent.

Augustinus de civitate Dei capitulo 9.

---

[locus nondum inuentus]

Anima (p.73)

Animae mortuae sepulchrum est corpus.

Augustinus homelia 3. in Apocalipsis.

---

Animae namque mortuae corpus sepulcrum est.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 87, 11 (CCSL 39, E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.1216, l.11).

Anima (p.73)

Vis ut animae tuae caro tua serviat, Deo serviat anima tua, debes regi ut possis regere.

Augustinus super Psalmo 87.

---

Vis serviat caro tua animae tua? Deo serviat anima tua. Debes regi, ut possis regere.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 128, 3, 5 (PL 38, col.715).

Anima (p.74)

Animus autor culpae, caro vero ministra.

Ambrosius de officiis 1.

---

affectus igitur, non caro auctor est culpae, caro autem uoluntatis ministra.

Ambrosius Mediolanensis, *De Iacob et uita beata*, 1, 3, 10 (CSEL 32.2, C. Schenkl ed., p.11, ll.9-10).

Anima (p.75)

Sic conditi mirabiliter sumus, ut ratio animam et anima possideat corpus.

Gregorius.

---

Sic enim conditi mirabiliter sumus, ut ratio animam, et anima possideat corpus.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3, 9 (SC 382, F. Rommel ed., p.300, ll.63-65).

Anima (p.76)

Anima a Deo derelicta redire pleunque vult, et non potest; tanta est in reditu difficultas.

Bernardus sermone 38.

---

Sed non sufficit semel quaeri: tantus est animae languor tanta que in reditu difficultas.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 84, 3 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.304, ll.19-20).

Anima (p.76)

Anima Dei studiosa, tria non cessat inquirere, iustitiam, iudicium et locum habitationis.

Bernardus sermone 33.

---

Ergo tria ista anima curiosa Dei non cessat inquirere, iustitiam, et iudicium, et locum habitationis gloriae sponsi, tamquam viam in qua ambulet, cautelam qua ambulet, et ad quam ambulet mansionem.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 33, 1 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.233-234, ll.23, 1-3).

Animal brutus a (p.78)

Sensus melior in brutis quam in hominibus.

Augustinus de quantitate animi.

---

[locus nondum inuentus]

Animal brutum b (p.78)

Beneficiorum Dei animalia etiam partem habent.

Chrysostomus in Gen. homelia 28.

---

[locus nondum inuentus]

Animal brutum c (p.78)

Animantia fecit Deus propter hominem, hominem autem propter seipsum. Si ergo animalibus ministrant propter hominem, quomodo hominibus non ministrabit propter seipsum.

Chrysostomus in Mattheum.

---

[locus nondum inuentus] [cf. Homo f]

Animal brutum d (p.78)

Universis animalibus data est ratio, brutis tantum ad vitam tuendam, homini autem ad propagandum.

Lactantius.

---

equidem sic arbitror, universis animalibus datam esse rationem, sed mutis tantummodo ad uitam tuendam, homini etiam ad propagandam.

Lucius Caelius Firmianus Lactantius, *Diuinae institutiones*, 3, 10, 6 (CSEL 19, S. Brandt et G. Laubmann eds., p.203, ll.3-5).

Animal brutum e (p.78)

Animalia cuncta noscunt sibi salutaria praeter hominem.

Pliny libro 27.

---

Pudendumque rursus omnia animalia quae sint salutaria ipsis nosse, praeter hominem.

C. Plinius Secundus (Maior), *Historia naturalis*, 27, 2, 8 (A. Ernout ed., p.24).

Animal brutum f (p.78)

Animalia gulae carcere coercere coepimus.

Pliny libro 22.

---

Ex eo coepimus carcere animalia coercere, quibus rerum natura caelum adsignauerat.

C. Plinius Secundus (Maior), *Historia naturalis*, 10, 50, 141 (E. de Sancto Denis ed., pp.76-7).

Animal brutum g (p.78)

Nullum est animal praeter hominem, quod habeat aliquam notitiam Dei.

Cicero 1. de legibus.

---

Itaque ex tot generibus nullum est animal praeter hominem quod habeat notitiam aliquam dei, ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam mansueta neque tam fera, quae non etiamsi ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum sciatur.

Marcus Tullius Cicero, *De legibus*, 1, 24 (N. Rudd et T. Wiedemann eds., p.31, ll.19-24).

Apostoli (p.84)

Apostoli nihil diversum a Christo docuerunt.

Augustinus de confusione evangelium.

---

[locus nondum inuentus]

Apostoli (p.85)

Apostoli frustra dicunt nisi Christus miserit.

Hieronymus in epistola ad Exuberam.

---

nisi enim ille iusserit, frustra dicunt apostoli, ut ignis descendat super eos, et quodam modo uerbis aliis hoc loquuntur: ‘si ad serui Heliae iniuriam ignis descendit de caelo et non Samaritas, sed Iudeos consumpsit incendium, quanto magis ad contemptum filii dei in inpios Samaritas debet flamma saeuire!'

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 121, 5 (CSEL 56, I. Hilberg ed., p.20, ll.15-19).

Avaritia (p.94)

Minus voluptatibus stimulatur, qui non est ubi frequentia voluptatum, et minus avaritiae molestias patitur, qui divitias non videt.

Augustinus 12. de civitate Dei.

---

Minus voluptatibus stimulatur, qui non est ubi frequentia est voluptatum. Et minus avaritiae molestias patitur, qui divitias non videt, si admittimus Apostolum pollicentem: Qui volunt, inquit, divites fieri, incident in tentationem et in muscipulas, et desideria multa et inutila et noxia, quae mergunt hominem in perditionem et in interitum.

Auctor incertus (Cyprianus Carthaginensis?), *De singularitate clericorum* (PL 4, col.838D-839A).

Avaritia (p.94)

Cupiditas et avaritia in tantum unum malum sunt, ut nec avaritia sine cupiditate, nec cupiditas sine avaritia possit inveniri.

Augustinus ad quemdam.

---

[locus nondum inuentus]

Avaritia (p.94)

Non est in carendo difficultas, nisi quum fuerit in possidendo cupiditas.

Augustinus libro confessionum.

---

Itaque si eos in hac uita inuenisset domini aduentus, cum iam non mittendi, sed *conligendi lapides tempus esset*, statim se ipsos castrarent propter regnum caelorum; non enim est in carendo difficultas, nisi cum est in habendo cupiditas.

Augustinus Hipponensis, *De doctrina Christiana*, 3, 18, 27 (CCSL 32, J. Martin ed., p.94, ll.22-26).

Avaritia (p.96)

Multis nomen pauperum avaritiae occasio est.

Hieronymus in quodam sermone.

---

Multis nomen pauperum, occasio avaritiae est.

Hieronymus Stridonensis, *Vita Sancti Hilarionis eremitae*, 21 (PL 23, col.37C).

Avaritia (p.97)

Bonorum auctori aliter inhaerere non possumus, nisi cupiditatem a nobis, quae omnium malorum radix, abscindamus.

Gregorius in homelia.

---

Sed quoniam bonorum auctori haerere aliter non valemus, nisi cupiditatem a nobis, quae omnium, malorum radix est, abscindamus.

Gregorius Magnus, *Epistolae*, 106 (PL 77, col.1028B-C).

Avaritia (p.97)

Longa nostra desideria increpat vita brevis, incassum multa portantur, quum iuxta est quo pergitur.

Gregorius.

---

Longa nostra desideria increpat uis breuis, incassum multa portantur cum iuxta est quo pergitur.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 32, 4 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.282, ll.126-127).

Avaritia (p.99)

Avaritia insatiabilis ebrietas.

Chrysostomus in homelia 9. super Mattheum.

---

[locus nondum inuentus]

Avaritia (p.99)

Avaritia omnis iniustitiae fomes est.

Chrysostomus in homelia 9. super Mattheum.

---

[locus nondum inuentus]

Avaritia (p.99)

Avaritia crudeles efficit eos qui ei serviunt.

Chrysostomus in homelia 9. super Mattheum.

---

[locus nondum inuentus]

Avaritia (p.99)

Avarus communis omnium hostis.

Chrysostomus in homelia 9. super Mattheum.

---

[locus nondum inuentus]

Avaritia (p.99)

Avarus libentius carnem suam tradit quam aurum.

Chrysostomus in homelia 9. super Mattheum.

---

[locus nondum inuentus]

Avaritia (p.102)

Tria maxime solent homines affectare, opes, voluptates et honores; de opibus prava, de voluptatibus turpia, de honoribus vana procedunt. Nam opes generant cupiditatem et avaritiam, voluptates pariunt gulam et luxuriam, honores nutriunt superbiam et iactantiam.

Innocentius de vilis conditione humanum.

---

Tria maxime solent homines affectare: opes, voluptates, honores. De opibus prava, de voluptatibus turpia, de honoribus vana procedunt. Hinc enim Iohannes apostolus ait: "Nolite diligere mundum, neque eo que in mundo sunt, quia quicquid est in mundo concupiscencia carnis est et concupiscencia oculorum et superbia vite." Concupiscencia carnis ad voluptatem, concupiscencia oculorum ad opes, superbia vite pertinet ad honores. Opes generant cupiditatem et avariciam, voluptates pariunt gulam et luxuriam, honores nutriunt superbiam et iactanciam.

Innocentius III, *De miseria condicionis humane*, 2, 1 (R.E. Lewis ed., p.145, ll.1-12).

Avaritia (p.102)

Non est morbus cupere, sed cupidum esse.

Lactantius libro 6.

---

non est itaque morbus irasci nec cupere nec libidine commoueri, sed iracundum esse morbus est, cupidum, libidinosum.

Lucius Caelius Firmianus Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6, 16, 10 (CSEL 19, S. Brandt et G. Laubmann eds., p.541, ll.7-9).

Avaritia (p.102)

Cupiditas ad ea comparanda data est, quae sunt ad vitam necessaria.

Lactantius libro 6.

---

cupiditas ad ea comparanda nobis data est quae sunt ad uitam necessaria, libido ad subolem propagandam, irae adfectus ad coercenda peccata eorum qui sunt in nostra potestate, id est ut artiore disciplina minor aetas ad probitatem iustitiamque formetur: quae nisi metu cohibeatur, licentia pariet audaciam, quae ad omne flagitium et facinus euadet.

Lucius Caelius Firmianus Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6, 19, 6 (CSEL 19, S. Brandt et G. Laubmann eds., p.554, ll.6-12).

Avaritia (p.103)

Tam deest avaro quod habet quam quod non habet.

Quintilian libro 8.

---

Ac rectae quidem sunt tales: ‘tam deest avaro quod habet quam quod non habet.’

Marcus Fabius Quintilianus, *Institutiones oratoria*, 8, 5, 6 (M. Winterbottom ed., vol.2, p.456, ll.24-25).

Avaritia (p.103)

Caput est in omni procuratione negotii, ut avaritiae tollatur vel minima suspicio.

Cicero 2. de officiis.

---

Caput autem est in omni procuratione negotii et muneris publici ut avitiae pellatur etiam minima suspicio.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 2, 75 (M. Winterbottom ed., p.102, ll.23-25).

Avaritia (pp.103-4)

Duae res quae maxime impelunt ad maleficium, luxuries et avaritia sunt.

Cicero 2. ad Herenium.

---

[locus nondum inuentus]

Avaritia (p.104)

Nemo tam firmum habet praesidium quod avaritia non infregerit debilitaveritque.

Cicero de natura deorum.

---

[locus nondum inuentus]

### Avaritia (p.104)

Illi morbo qui permanet in venis, et inhaeret in visceribus, nec inveteratus evelli potest, nomen est avaritia.

Cicero 4. *tusculanis*.

---

Haec, quae dico, cogitatione inter se differunt, re quidem copulata sunt, eaque oriuntur ex libidine et ex laetitia: nam cum est concupita pecunia nec adhibita continuo ratio quasi quaedam Socratica medicina, quae sanaret eam cupiditatem, permanat in venas et inhaeret in visceribus illud malum exsistitque morbus et aegrotatio, quae evelli inveterata non possunt, eique morbo nomen est *avaritia*; similiterque ceteri morbi, ut *gloriae cupiditas*, ut *mulierositas*, ut ita appelle eam, quae Graece φιλογυνία dicitur, ceterique similiter morbi aegrotationesque nascuntur.

Marcus Tullius Cicero, *Tusculanae disputationes*, 4, 11, 24-25 (T.E. Page et al. eds., p.352).

### Avaritia (p.104)

Nullum vitium tetrius est quam avaritia, praesertim in principibus et rem publicam gubernantibus.

Cicero 2. *de officiis*.

---

Nullum igitur vitium taetrius est, ut eo unde egressa est referat se oratio, quam avaritia, praesertim in principibus et rem publicam gubernantibus.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 2, 77 (M. Winterbottom ed., p.103, ll.23-25).

### Auditor (p.105)

Secundum capacitatem auditorum moderetur lingua doctorum.

Gregorius 12. *moralia*.

---

[locus nondum inuentus]

Auditor (p.105)

Propter bonos auditores malis doctoribus sermo datur, et propter malos auditores bonis doctoribus sermo subtrahitur.

Gregorius in Ezechielem.

---

Propter bonos auditores etiam malis doctoribus sermo datur, sicut de pharisaeis Dominus dicit: *Omnia quaecumque dixerint uobis seruate et facite, secundum opera uero eorum nolite facere; dicunt enim, et non faciunt.* Propter docentium quoque meritum et audientium iustificationem sermo doctrinae tribuitur, sicut sanctis apostolis dicitur: *Euntes docete omnes gentes.* Propter malos uero auditores et indignam uitam eorum qui docere debuerant, sermo doctrinae subtrahitur, sicut Heli ad corrigendos filios districtae increpationis uerbum non habuit quia et eius neglegentia, et filiorum exigebat uita, ut cum eis et populus caderet, et arca Domini capta ad Allophylos transiret.

Gregorius Magnus, *Homiliae in Hiezechelem prophetam*, 1, 12, 16 (CCSL 142, M. Adriaen ed., p.192, ll.261-272).

Auditor (p.105)

Auditores quique suum remedium in concionibus capiant.

Chrysostomus in Genesis homelia 6.

---

[locus nondum inuentus]

Auditor (p.105)

Auditores benevoli, alacres reddunt praedicatores.

Chrysostomus homelia 54.

---

[locus nondum inuentus]

Baptismus (p.107)

Non omnes qui tenent baptismum tenent ecclesiam.

Augustinus contra Donatistas libro. 5.

---

et ideo non omnes qui tenent baptismum tenent et ecclesiam, sicut non omnes qui tenent ecclesiam tenent et uitam aeternam.

Augustinus Hipponensis, *De baptismo libri VII.*, 5, 16, 20 (CSEL 51, M. Petschenig ed., p.279, ll.7-9).

Baptismus (p.107)

Baptizandi potestatem dominus sibi tenuit, servis ministerium dedit.

Augustinus in evangelio Johanne tractatus 5.

---

Ergo ne tot baptismata dicerentur, quot essent serui qui baptizarent accepta potestate a Domino; sibi tenuit Dominus baptizandi potestatem, seruis ministerium dedit.

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis euangelium tractatus CXXIV.*, 5, 7 (CCSL 36, R. Willem ed., p.44, ll.23-25).

Baptismus (p.107)

In baptismo rex, sacerdos et propheta efficimur.

Chrysostomus in epistola ad Corinthios homelia 3.

---

[locus nondum inuentus]

Beatitudo sive beatus (p.108)

Alterius beatitudine nemo fit beatus.

Augustinus libro 2. de libero arbitrio.

---

Beatitudine autem alterius hominis non fit alter beatus, quia et cum eum imitatur ut sit, inde appetit beatus fieri unde illum factum uidet, illa scilicet incommutabili communique ueritate.

Augustinus Hipponensis, *De libero arbitrio*, 2, 19, 52, 197 (CCSL 29, W.M. Green ed., p.272, ll.46-49).

Beatitudo sive beatus (p.109)

Beatitudo vera non est, de cuius aeternitate dubitatur.

Augustinus libro 2. de civitate Dei.

---

[locus nondum inuentus]

Beatitudo sive beatus (p.109)

Beatus ex seipso nemo esse potest.

Augustinus libro 12. de civitate Dei.

---

[locus nondum inuentus]

Beatitudo sive beatus (p.109)

Beatus non est qui quae vult habet, si mala velit.

Augustinus in epistola.

---

Ille igitur beatus est, qui omnia, quae uult, habet nec aliquid uult, quod non decet.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 130, 5, 11 (CSEL 44, A. Goldbacher ed., p.52, ll.3-5).

Beatitudo sive beatus (p.109)

Beatum nihil, nisi quod caret peccato.

Ambrosius de officiis.

---

Nihil enim bonum Scriptura nisi quod honestum adserit uirtutemque in omni rerum statu beatam iudicat, quae neque augeatur bonis corporis uel externis, neque minuatur aduersis; nihilque tam beatum nisi quod a peccato alienum sit, plenum innocentiae, repletum gratiae Dei.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2, 3, 8 (CCSL 15, M. Testard ed., p.100, ll.5-10).

Beatitudo sive beatus (p.109)

Beatitudo nostra futura non praesens.

Ambrosius de officiis.

---

Futura est beatitudo nostra: totum quod promittitur de futuro est.

Auctor incertus (Augustinus Hipponensis?) / Auctor incertus (Hieronymus Stridonensis?), *Breviarum in Psalmos*, 5 (PL 26, col.832C).

Bellum (p.113)

Sapientis non est velle certare, et periculo se velle committere, quoniam et vincere non est in nostra potestate, et est anceps omne certamen.

Lactantius libro 6.

---

sapientis ergo ac boni uiri non est uelle certare ac se periculo committere, quoniam et uincere non est in nostra potestate et est anceps omne certamen, sed est sapientis atque optimi uiri non aduersarium uelle tollere, quod fieri sine scelere ac periculo non potest, sed certamen ipsum, quod fieri et utiliter et iuste potest.

Lucius Caelius Firmianus Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6, 18, 29 (CSEL 19, S. Brandt et G. Laubmann eds., p.552, ll.2-7).

Bellum (p.113)

Quemadmodum certantibus ventis mare concutitur, sic regibus sibi adversantibus populus regni vexatur.

Chrysostomus in Mattaeum.

---

[locus nondum inuentus]

Bellum (p.113)

Adversariorum pugna constanter aliquando appetenda est, et prudenter aliquando declinanda.

Gregorius libro moralium.

---

Quid est quod equus iste modo sponte armatorum cuneos impedit, et modo se ab armatis hostibus quasi trepidus abscondit; nisi hoc, quod necesse est ut in eius artificiosa uirtute discamus aduersariorum pugnam et constanter aliquando appetere, et prudenter aliquando declinare?

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 31, 28, 58 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1592, ll.82-86).

Bellum (p.118)

Suscipienda bella sunt ut in pace sine iniuria vivatur.

Cicero 1. officium.

---

Quare suscipienda quidem bella sunt ob eam causam, ut sine iniuria in pace vivatur, parta autem victoria conservandi ii qui non crudeles in bello, non immanes fuerunt, ut maiores nostri Tusculanos Aequos Volscos Sabinos Hernicos in civitatem etiam acceperunt, at Carthaginem et Numantiam funditus sustulerunt; nolle Corinthum, sed credo aliquid secutos, opportunitatem loci maxime, ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 35 (M. Winterbottom ed., pp.14-15, ll.31, 1-8).

Bellum (p.118)

Omnia sunt misera in bellis civilibus, sed nihil miserius quam ipsa victoria, quae etiam si ad meliores venit, tamen eos ferociores reddit.

Cicero ad Marcellum.

---

Omnia sunt misera in bellis civilibus, quae maiores nostri ne semel quidem, nostra aetas saepe iam sesit, sed miserius nihil quam ipsa victoria; quae etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotentioresque reddit, ut, etiam si natura tales non sint, necessitate esse cognatur.

Marcus Tullius Cicero, *Ad familiares epistolae*, 4, 9, 3 (D. R. Shackleton Bailey ed., p.115, ll.1-5).

Bellum (p.118)

Bellum est iustum, quod necessarium est, et arma sunt pia, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes.

Livius libro. 9. dec. 1.

---

Iustum est bellum, Samnites, quibus necessarium, et pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes.

Titus Livius, *Ab urbe condita*, 9, 1, 10 (C.F. Walters & R.S. Conway eds., vol.2, n.p.).

Bellum (p.118)

Bellum non suscipiendum nisi quum maius emolumentum spei, quam damni metus ostenditur.

Augustinus apud tranquillitate.

---

[locus nondum inuentus]

Beneficia seu beneficium (p.119)

Dandum est quod nec tibi, nec alteri noceat.

Augustinus de sermonibus dantis.

---

Sed ne multa persequar, quae sunt innumerabilia, id profecto dandum est quod nec tibi alteri noceat, quantum sciri aut credi ad homine potest.

Augustinus Hipponensis, *De sermone Domini in monte*, 1, 20, 67 (CCSL 35, A. Mutzenbecher ed., pp.76-7, ll.1674-1677).

Beneficia seu beneficium (p.119)

Nemo invitus benefacit etiam se bonum est quod facit.

Augustinus libro 1. confessionum capitulo 11.

---

Nemo autem inuitus bene facit, etiamsi bonum est quod facit.

Augustinus Hipponensis, *Confessiones*, 1, 12, 19 (CCSL 27, L. Verheijen ed., p.11, ll.4-5).

Beneficia seu beneficium (p.120)

Beneficia Dei omnibus horis consideranda sunt.

Chrysostomus in Genesis homelia 9.

---

[locus nondum inuentus]

Beneficia seu beneficium (p.120)

Beneficiorum Dei memoria sufficiens est ad virtutum laborem.

Chrysostomus in Genesis homelia 27.

---

[locus nondum inuentus]

Beneficia seu beneficium (p.120)

Officiorum assiduitate hostes consiliandi sunt.

Chrysostomus in Genesis homelia 56.

---

[locus nondum inuentus]

Beneficia seu beneficium (p.120)

Benefacta non sunt revelanda nisi cogat necessitas.

Chrysostomus de laude mon.

---

[locus nondum inuentus]

Bonum bonitas (p.127)

Bonum acadminici antiqui quod secundum naturam esset, quo in vita iuvaremur, esse decreverunt. Zeno nisi quod honestum esset, nihil putari bonum.

Cicero 1. de legibus.

---

Quae quidem ad rem pertineat, una: quippe quom antiqui omne quod secundum naturam esset, quo iuvaremur in vita, bonum esse decreverint, hic nihil nisi quod honestum esset putarit bonum.

Marcus Tullius Cicero, *De legibus*, 1, 54 (N. Rudd et T. Wiedemann eds., p.46, ll.12-15).

Bonum bonitas (p.127)

Id solum bonum est, quod rectum et honestum et cum virtute est.

Cicero paradoxii 10.

---

si, quod recte fit et honeste et cum uirtute, id bene fieri uere dicitur, quod rectum et honestum et cum uirtute est, id solum opinor bonum.

Marcus Tullius Cicero, *Paradoxa stoicorum*, 1, 1, 9 (A.G. Lee ed., p.4).

Bonum bonitas (p.127)

Omne bonum laetabile est, quod autem laetabile, id praedicandum, et pree se ferendum, quod tale autem, id etiam gloriosum, si vero gloriosum, certe laudabile, quod autem laudabile, profecto etiam honestum, quod bonum igitur, id honestum.

Cicero tusculanarum libro.

---

Atque etiam omne bonum laetabile est; quod autem laetabile, id praedicandum et pree se ferendum; quod tale autem, id etiam gloriosum; si vero gloriosum, certe laudabile; quod laudabile autem, profecto etiam honestum: quod bonum igitur, id honestum.

Marcus Tullius Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5, 15, 43 (T.E. Page et al. eds., p.468).

Charitas (p.129)

Semper habet unde det, cui plenum est pectus charitatis.

Augustinus in Psalmo 36.

---

Habet semper unde det, cui plenum pectus est caritatis.

Augustinus Hipponensis, Enarrationes in Psalmos, 36, 2, 13 (CCSL 38, D.E. Dekkers, J. Fraipont edd., p.356, ll.32-33).

Charitas (p.130)

Non memini me legisse mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit, habet enim multos intercessores et impossible est multorum preces non exaudiri.

Hieronymus.

---

Fratres charissimi, nunquam recordor me legisse mala morte perisse, qui libenter in hac vita opera charitatis vel pietatis voluerit exercere. Habet enim multos intercessores pius homo, et ille qui opera charitatis exercet hilariter. Quid enim aliud de piis hominibus dicere poterimus, nisi id quod frequenter legimus, *Opera enim illorum sequuntur illos* (*Apoc. XIV, 13*)? Quare? Nisi quia multos habent intercessores, ideo impossibile est, ut preces multorum non exaudiantur.

Augustinus (pseudo) Belgicus, *Sermones ad fratres in eremo commorantes*, 44 (PL 40, col.1319).

Caro sive corpus (p.133)

Vis ut serviat caro tua animae tuae, Deo serviat anima tua, debes regi ut possis regere.

Augustinus in Ioannes.

---

Vis serviat caro tua animae tuae? Deo serviat anima tua. Debes regi, ut possis regere.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 128, 3, 5 (PL 38, col.715).

Caro sive corpus (p.133)

Caro mala non est, si malo careat.

Augustinus de continentia.

---

non igitur mala est caro, si malo careat, id est uitio, quo uitiatus est homo, non factus male, sed ipse faciens.

Augustinus Hipponensis, *De continentia*, 8, 20 (CSEL 41, J. Zycha ed., p.165, ll.14-16).

Caro sive corpus (p.135)

Hostem crudelissimum circunferre cogimur, quem sustentare licet, non perimere.

Bernardus in evangelia sept. pan.

---

Hostem hunc crudelissimum nec fugere possumus, o anima mea, nec fugare; circumferre illum necesse est, quoniam alligatus est nobis. Nam, quod periculosius est et miserabilius, hostem nostrum ipsi cogimur sustentare, perimere eum non licet.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in dominica sexta post pentecosten*, 2, 5, (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.212, ll.1-4).

Caro sive corpus (p.135)

Nobilem hospitem habet corpus, quem honorare debet.

Bernardus de adventu Domini homelia 1.

---

Nobilem hospitem habes, o caro, nobilem valde, et tota salus tua pendet de eius salute.  
Da honorem hospiti tanto.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in adventu Domini*, 6, 3. (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.192-3, ll. 25, 1).

Caro sive corpus (p.137)

Corpus hoc animi poena ac pondus est, premendo illo urgetur in vinculis est.

Seneca epistola 66.

---

[locus nondum inuentus]

Caro sive corpus (p.137)

Vis adversus hoc corpus liber esse, propone tibi quandoque hoc contubernio carendum, et fortior eris ad necessitatem exeundi.

Seneca epistola 71.

---

Vis adversus hoc corpus liber esse? tamquam migratus habita. Propone tibi quandoque nec contubernio carendum: fortior eris ad necessitatem exeundi.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 8, 70, 17 (L. Reynolds ed., vol.1, p.206, ll.18-21).

Castitas sive continentia (p.139)

Pudicitia, virtus animae est, et comitem habet fortitudinem.

Augustinus libro 1. de civitate Dei.

---

Sed cum pudicitia uirtus sit animi comitemque habeat fortitudinem, qua potius quaelibet mala tolerare quam malo consentire decernit, nullus autem magnanimus et pudicus in potestate habeat, quid de sua carne fiat, sed tantum quid adnuat mente uel renuat: quis eadem sana mente putauerit perdere se pudicitiam, si forte in adprehensa et oppressa carne sua exerceatur et expleatur libido non sua?

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 1, 18 (CCSL 47, B. Dombart, A. Kalb eds., pp.18-19, ll.2-9).

Castitas sive continentia (p.139)

Pudicitia vi nec in carne, nec in animo violari potest.

Augustinus epistola 22.

---

[locus nondum inuentus]

Castitas sive continentia (p.139)

Qui de castimonia carnis superbiunt, in immunditiam carnis cadere permittuntur.

Gregorius in moralibus.

---

[locus nondum inuentus]

Christianus (p.141)

Nec captivitas Christianis nocet, quoniam illic Deum suum inveniunt.

Augustinus libro 1. de civitate Dei.

---

[locus nondum inuentus]

Christus (p.143)

Aut cum Christo aut cum diobolo nos esse oportet, nec est locus medii.

Augustinus de gratia Christi contra Pelagium.

---

[locus nondum inuentus]

Christus (p.146)

Prudentia vera in Christi doctrina, iustitia in Christi misericordia, temperantia in Christi vita, fortitudo in eiusdem passione reperiuntur.

Bernardus super Cantica sermone 2.

---

Ubinam, quaeso, vera prudentia, nisi in Christi doctrina? Unde vera iustitia, nisi de Christi misericordia? Ubi vera temperantia, nisi in Christi vita? Ubi vera fortitudo, nisi in Christi passione?

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 22, 11 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.137, ll.10-12).

Christus (p.146)

Christus factus est nobis sapientia in praedicatione, iustitia in peccatorum absolutione, sanctificatio in conversatione, redemptio in passione.

Bernardus super Cantica sermone 22.

---

Sapientia, iustitia, sanctificatio, redemptio: sapientia in praedicatione, iustitia in absolutione peccatorum, sanctificatio in conversatione quam habuit cum peccatoribus, redemptio in passione quam sustinuit pro peccatoribus.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 22, 6 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.133, ll.2-5).

Christus (p.146)

Incassum laborat in adquisitione virtutum, qui eas alibi quam in Christo quaerit.

Bernardus super Cantica sermone 22.

---

Incassum proinde quis laborat in acquisitione virtutum, si aliunde eas sperandas putat quam a Domino virtutum, cuius doctrina seminarium prudentiae, cuius misericordia opus iustitiae, cuius vita speculum temperantiae, cuius mors insigne est fortitudinis.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 22, 11 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.137, ll.16-19).

Christus (p.146)

Christus humanitatem ab ecclesia subtraxit, ut daret locum fidei.

Bernardus super Cantica sermone 75.

---

[locus nondum inuentus]

Clericus (p.147)

Clericus mercimonia exercens, intercessiones vendens, viduarum munera amplectens, negotiator magis, quam clericus est.

Augustinus in sermone 20. vae prag.

---

Domino jubente, conseuitur; sed exercet mercimonia, intercessiones vendit, viduarum munera libernter amplectitur: hic negotiator magis potest videri, quam clericus.

Auctor incertus (Augustinus Hipponensis?), *Sermones*, 82, 4 (PL 39, col.1906).

Clericus (p.150)

Clericis conceditur ut bene viventes, et altari servientes, vivant quidem, non luxurientur.

Bernardus in epistola.

---

[locus nondum inuentus]

Cogitatio (p.151)

Cogitationes nostrae non sunt in potestate nostra.

Augustinus libro 4. contra Pelagium.

---

non enim in potestate nostra cor nostrum et nostrae cogitationes, quae in prouiso offusae mentem animumque confundunt atque alio trahunt quam tu proposueris, ad saecularia reuocant, mundana inserunt, uoluptaria ingerunt, inlecebrosa intexunt ipsoque in tempore, quo eleuare mentem paramus, insertis inanibus cogitationibus ad terrena plerumque deicimur.

Augustinus Hipponensis, *Contra duas epistulas Pelagianorum*, 4, 11, 30 (CSEL 60, K. Urba & J. Zycha eds., p.562, ll.6-14).

Concupiscentia (p.158)

Concupiscentia minui potest, consumi non potest in hac vita.

Augustinus libro 5. contra Iulianum.

---

Concupiscentia minui in hac vita potest, consumi non potest.

*Index in omnia opera sancti Augustini* (PL 46, col.180).

Confessio (p.159)

Confessio non tantum peccatorum, sed et laudis Dei est.

Augustinus epistola 121.

---

confessio autem non tantum peccatorum est sed et laudis dei, sicut ipse in euangelio:  
Confiteor tibi, inquit, pater, domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et  
prudentibus et reuelasti ea paruulis.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 140, 29, 60 (CSEL 44, A. Goldbacher ed., p.206,  
ll.7-11).

Confessio (p.159)

Confessio peccatorum in corde antequam os petat, exauditur.

Augustinus in enarrationem in Psalmo 31.

---

[locus nondum inuentus]

Confessio (p.160)

Mala quae facimus, sponte confitemur, et haec aliis arguentibus non negemus.

Gregorius 21. moralium.

---

Vnde summopere curandum est ut mala quae fecimus, et sponte fateamur, et haec aliis  
arguentibus non negemus.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 22, 15, 33 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1116,  
ll.91-93).

Confessio (p.161)

Apertas confessionis fenestras inveniat in nobis Dominus.

Bernardus in *Cantica* sermone 59.

---

Sed et hoc tibi tota vigilantia providendum, ut apertas semper inveniat fenestras et cancellos quosdam confessionum tuarum, per quos te intus benigne respiciat, quoniam respectus eius, profectus tuus.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 56, 7 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.118, ll.11-13).

Coniugium (p.164)

Matrimonium non est, ubi datur opera ne foemina pariat.

Augustinus libro 2. de moribus Manicheorum.

---

Non autem matrimonium est ubi datur opera ne sit mater; non igitur uxor.

Augustinus Hipponensis, *De moribus ecclesiae catholicae et de moribus Manichaeorum*, 2, 18, 65 (CSEL 90, J.B. Bauer ed., p.147, ll.25-26).

Coniugium (p.164)

Coniubum dissensione, totius domus est perturbatio.

Augustinus in *Psalmo* 33.

---

[locus nondum inuentus]

Coniugium (p.164)

Coniugium humile melius est virginitate superba.

Augustinus in Psalmo 99.

---

Melius est humile coniugium, quam superba uirginitas.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 99, 13 (CCSL 39, E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.1402, ll.34-35).

Coniugium (p.169)

Vitium uxoris aut tollendum, aut ferendum est; qui tollit vitium uxoris, commodiorem praestat; qui fert, sese meliorem facit.

Gellius libro 1.

---

Secundum hanc sententiam quoque Varro in *Satura Menippaea*, quam *De Officio Mariti* inscripsit: “Vitium,” inquit, “uxoris aut tollendum aut ferendum est. Qui tollit vitium, uxorem commodiorem praestat, qui fert, sese meliorem facit.”

Aulus Gellius, *Noctes Atticae*, 1, 17, 4 (T.E. Page et al. eds., vol.1, p.84).

Conscientia (p.170)

Conscientia mala bene sperare non potest.

Augustinus in Psalmo 31.

---

[locus nondum inuentus]

Conscientia (p.170)

Conscientiam malam laudantis paeconium non sanat, nec bonam vulnerat convitum.

Augustinus contra litteras Petilianis.

---

ita nec malam conscientiam sanat laudantis paeconium nec bonam uulnerat conuiciantis opprobrium.

Augustinus Hippoensis, *Contra litteras Petilianis*, 3, 7, 8 (CSEL 52, M. Petschenig ed., p.170, ll.13-14).

Conscientia (p.170)

Duo sunt necessaria, conscientia et fama; conscientia propter te, fama propter proximum.

Ambrosius in epistola ad Constantimum.

---

Duae res sunt conscientia et fama.

Augustinus Hippoensis, *Sermones*, 355, 1, 1 (PL 39, col.1569).

---

In duobus autem consistit purificationis nostrae festum: in emundanda conscientia propter Deum, et fama propter proximum.

Auctor incertus (Hugo de sancto Victore?), *Appendicis ad Hugonis opera dogmatica continuatio*, 6, 14 (PL 177, col.817D).

Conscientia (p.171)

Conscientia peccati, formidinis mater.

Chrysostomus in Psalmo 50.

---

[locus nondum inuentus]

Conscientia (p.171)

Conscientia est codex, in quo quotidiana peccata conscribuntur.

Chrysostomus in Psalmo 50.

---

[locus nondum inuentus]

Conscientia (p.171)

Conscientia impiorum magna poena est, piorum vero gaudium magnum.

Anselmus in epistola ad Corinthios.

---

[locus nondum inuentus]

Conscientia (p.173)

Stulti malorum conscientia torquentur, sapientes bona praeterita grata recordatione renovata delectant.

Cicero 2. de finibus.

---

Stulti autem malorum memoria torquentur, sapientes bona praeterita grata recordatione renovata delectant.

Marcus Tullius Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 1, 17, 57 (C. Moreschini ed., p.25, ll.611-613).

Conscientia (p.173)

A recta conscientia non oportet quenquam in omni vita sua transversum unguem discedere.

Cicero ad Atticum libro 3.

---

atque hoc ‘in omni vita sua quemque [a] recta conscientia traversum unguem non oportet discedere’ viden quam φιλοσόφως?

Marcus Tullius Cicero, *Epistolae ad Atticum*, 329 (13, 20), 4 (D.R. Shackleton Bailey, vol.4, p.88).

Conscientia (pp. 173-4)

Si optimorum consiliorum atque factorum testis in omni vita nobis conscientia fuerit, sine ullo metu summa cum honestate vivemus.

Cicero pro Cquentio.

---

Cum haec sunt videnda, tum vero illud est hominis magni, iudices, atque sapientis, cum illam iudicandi causa tabellam sumpserit, non se reputare solum esse nec sibi quodcumque concupierit licere, sed habere in consilio legem, religionem, aequitatem, fidem; libidinem autem, odium, invidiam, metum cupiditatesque omnis amovere maximique aestimare conscientiam mentis suaे quam ab dis immortalibus accepimus, quae a nobis divelli non potest; quae si optimorum consiliorum atque factorum testis in omni vita nobis erit, sine ullo metu et summa cum honestate vivemus.

Marcus Tullius Cicero, *Pro A. Cquentio oratio*, 58, 159 (A.C. Clark ed., n.p., ll.27-30, 1-7).

Conscientia (p.174)

Conscientia rectae voluntatis maxima consolatio est rerum incommodarum.

Cicero ad Torquatum.

---

Hoc loco si videor augere dolorem tuum quem consolando levare debe[b]am, fateor me communium malorum consolationem nullam invenire praeter illam, quae tamen, si possis eam suspicere, maxima est quaque ego cottidie magis utor, conscientiam rectae voluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum nec esse ullum magnum malum praetor culpam.

Marcus Tullius Cicero, *Ad familiares epistolae*, 6, 4, 2 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.173, ll.1-7).

Consideratio sui (p.180)

Ad rem gerendam qui accedit, caveat ne id modo consideret, quam illa res honesta sit, sed etiam, ut habeat efficiendi facultatem, in quo considerandum est illi, ne aut temere desperet propter ignaviam, aut nimis confidat propter cupiditatem, in omnibus autem negotiis priusquam aggrediare, attribuenda est praeparatio diligens.

Cicero 1. de officiis.

---

Ad rem gerendam autem qui accedit, caveat ne id modo considerat, quam illa res honesta sit, sed etiam ut habeat efficendi facultatem; in quo ipso considerandum est ne aut temere desperet propter ignaviam aut nimis confidat propter cupiditatem. In omnibus autem negotiis, priusquam adgrediare, adhibenda est praeparatio diligens.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 73 (M. Winterbottom ed., p.30, ll.7-12).

Consideratio sui (p.180)

In omnibus, quid tempora petant, aut personis dignum sit, semper considerandum.

Cicero 2. de iuventute.

---

sunt igitur res quaedam ex tempore et ex consilio, non ex sua natura considerandae; quibus in omnibus, quid tempora petant, quid personis dignum sit, considerandum est et non quid, sed quo quidque animo, quicum, quo tempore, quamdiu fiat, attendendum est.

Marcus Tullius Cicero, *De inuentione*, 2, 58, 176 (E. Stroebel ed., p.155, ll.6-11).

Consilium (p.180)

Consilium omne a Deo est, a quocunque proficiscatur.

Augustinus libro 1. de doctrina Christiana.

---

[locus nondum inuentus]

Consilium (p.180)

Consilium Dei nemo nisi spiritualis intelligit.

Augustinus in libro exp. quae. 4.

---

[locus nondum inuentus]

Consilium (p.181)

Consilium bonis datur, correctio errantibus.

Ambrosius.

---

Consilium bonis datur, correptio errantes coerget.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1, 30, 151 (CCSL 15, M. Testard ed., p.55, ll.83-84).

Consilium (p.182)

In rebus magnis memoriamque dignis consilia primum, deinde acta, postea eventus spectantur.

Cicero 2. de oratore.

---

rerum ratio ordinem temporum desiderat, regionum descriptionem; volt etiam quoniam in rebus magnis memoriaque dignis consilia primum, deinde acta, postea eventus expectantur, et de consiliis significari quid scriptor probet, et in rebus gestis declarari non solum quid actum aut dictum sit, sed etiam quomodo, et cum de eventu dicatur, ut causae explicentur omnes vel casus vel sapientiae vel temeritatis hominumque ipsorum non solum res gestae, sed etiam, qui fama ac nomine excellant, de cuiusque vita atque natura.

Marcus Tullius Cicero, *De oratore*, 2, 15, 63 (K. Kumaniecki ed., pp.128-9, ll.12-18, 1-4).

Consilium (p.185)

Hoc plerunque facimus, ut consilia eventibus ponderemus, et cui bene quid processerit, multum illum praevidiisse, cui secus, nihil sensisse dicamus.

Cicero pro Rabiro.

---

Quamquam hoc plerumque facimus ut consilia eventis ponderemus et, cui bene quid processerit, multum illum providisse, cui secus, nihil sensisse dicamus.

Marcus Tullius Cicero, *Pro C. Rabirio Postumo oratio*, 1, 1 (A.C. Clark ed., n.p., ll.6-9).

Consolatio (p.186)

Magna consolatio tribulationum est, autoris nostri dona ad memoriam revocare.

Gregorius 1. moralium.

---

Magna quippe consolatio tribulationis est, si cum aduersa patimur, auctoris nostri ad memoriam dona reuocemus.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 3, 9, 16 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.125, ll.46-48).

Consolatio (p.187)

Esset aliquod imbecillitatis nostrae solarium, si tanto tempore repararentur cuncta quanto finiuntur.

Seneca epistola 92.

---

[locus nondum inuentus]

Consolatio (p.188)

Haec sunt officia consolantium: tollere aegritudinem funditus, aut sedare: nec pati manare longius, aut ad aliam traducere.

Cicero 3. Tusculanarum funditus.

---

Haec igitur officia sunt consolantium, tollere aegritudinem funditas aut sedare aut detrahere quam plurimum aut supprimere nec pati manare longius aut ad alia traducere.

Marcus Tullius Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3, 31, 75 (T.E. Page et al. eds., p.314).

Consolatio (p.188)

Sunt qui consolationem respuant, sed refert quomodo adhibeatur; ut enim tulerit quisque eorum, qui sapienter tulerunt, non quo quisque incommodo praedicandum est.

Cicero 3. Tusculanarum funditus.

---

Prodest haec quidem, ut dixi, sed nec semper nec omnibus; sunt enim qui respuant, sed refert quo modo adhibeatur. Ut enim tulerit quisque eorum, qui sapienter tulerunt, non quo quisque incommodo adfectus sit praedicandum est.

Marcus Tullius Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3, 33 79(T.E. Page et al. eds., p.318.

Consolatio (p.188)

Consolationum multae sunt viae, sed illa rectissima, impetrat ratio quod dies impetratura est.

Cicero ad Atticum.

---

consolationum autem multae viae, sed illa rectissima: impetrat ratio quod dies impetratura est.

Marcus Tullius Cicero, *Epistolae ad Atticum*, 247 (12, 10) (D.R. Shackleton Bailey, vol.3, p.274).

Consuetudo (p.191)

Usus facit virtutes, non natura; tuum est autem abutendo facere vitia, aut bene utendo virtutes.

Bernardus de consideratione libro 2.

---

Prorsus consideranda tria haec in usu virtutum harum, ne non sint virtutes, si praeter haec reperiantur: nempe eiusmodi non natura virtutes, sed usus facit. Nam ex se indifferentes esse noscuntur. Tuum est aut, abutendo et confundendo, facere vitia, aut, bene ordinate que utendo, virtutes.

Bernardus Claraeuallensis, *De consideratione ad Eugenium*, 2, 20 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.428, ll.15-19).

Consuetudo (p.193)

Consuetudinis magna vis est; pernoctant venatores in nive, in montibus uri se patiuntur.

Cicero 2. Tusculanis.

---

Consuetudinis magna vis est. Pernoctant venatores in nive in montibus; uri se patiuntur Indi; pugiles caestibus contusi ne ingemescant quidem.

Marcus Tullius Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2, 17, 40 (T.E. Page et al. eds., p.190).

Consuetudo (p.193)

Consuetudo peccandi, maleficii removet dubitationem.

Cicero ad Herenium.

---

Ergo et metus periculi hortabatur eum interimere, a quo supplicium verebatur; [et] consuetudo peccandi maleficii suscipiendi removebat dubitationem.

Pseudo-Cicero, (*Rhetorica Ad C. Herennium libri sex*, 2, 28 (F. Marx ed., p.48, ll.25-28).

Contemplatio (p.195)

Contemplatio divinae suavitatis et gloriae solis mente et corpore puris conceditur.

Bernardus in Cantica sermone 67.

---

[locus nondum inuentus]

Contemplatio (p.196)

Contemplationis accessus duo sunt, unus in intellectu, alter in affectu; unus in lumine, alter in fervore; unus in acquisitione, alter in devotione.

Bernardus in Cantica sermone 40.

---

Cum enim duo sint beatae contemplationis excessus, in intellectu unus et alter in affectu, unus in lumine, alter in fervore, unus in agnitione, alter in devotione, pius sane affectus, et pectus amore calens, et sanctae devotionis infusio, etiam et vehemens spiritus repletus zelo, non plane aliunde quam e cella vinaria reportantur; et cuicunque cum horum copia surgere ab oratione donatur, potest in veritate loqui quia INTRODUXIT ME REX IN CELLAM VINARIAM.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 49, 1, 4 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.75, ll.20-26).

Contemplatio (p.196)

Contemplationis quies pro lucro animarum libenter intermittenda est.

Bernardus in Cantica sermone 56.

---

[locus nondum inuentus]

Contemptus (p.200)

Qui terrena contempsimus, necesse est, ut flagrate desiderio coelestia requiramus.

Bernardus in parvulo sermone.

---

Iam vero necesse est, ut qui perfecte terrena contempsimus, flagranti desiderio caelestia requiramus.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in epiphania Domini*, 3, 5 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.307, ll.7-8).

Contritio (p.201)

Compunctionis principalia sunt timor et amor.

Gregorius libro 3. dialogorum.

---

[locus nondum inuentus]

Contritio (p.202)

Compunctionem vel contritionem peccatorum qui non habet, non habet mundam orationem.

Bernardus ad sororem.

---

Admoneo igitur te, soror charissima, ut in oratione cum lacrymis ad memoriam reducas peccata tua; quia qui non habet cordis compunctionem vel contritionem, non habet mundam orationem.

Auctor incertus (Bernardus Claraeuallensis), *Liber de modo bene vivendi, ad sororem*, 10 (PL 184, col.1216D).

Contritio (p.202)

Contritio est unguentum sua fragratia totam domum ecclesiae replens.

Bernardus in Cantica sermone.

---

[locus nondum inuentus]

Conversatio (p.203)

Conversationis alienae sumus curiosi exploratores, aut iudices temerarii.

Bernardus in Cantica sermone 45.

---

[locus nondum inuentus]

Conversatio (p.203)

Conversari sic debet Christi minister, ut ex moribus exterioribus compositiones interiores existimentur.

Bernardus de tripart. iudic.

---

Minister Christi sic debet conversari, ut ex moribus exterioris hominis qui videtur, existimetur compositio interioris animi qui non videtur, ne vel ab alio, vel a seipso possit iudicari, sed dicat cum eodem Apostolo: MIHI PRO MINIMO EST UT A VOBIS IUDICER AUT AB HUMANO DIE, SED NEQUE MEIPSUM IUDICO; QUI AUTEM IUDICAT ME, DOMINUS EST.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones*, 32, 1 (SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.218, ll.12-16).

### Conversatio (p.203)

In initio conversationis nulla virtus magis necessaria quam simplicitas humilis et gravitas verecunda.

Bernardus in epiphania Domini sermone 4.

---

Omnibus ergo nobis in conversionis initio nulla magis virtus est necessaria, quam simplicitas humilis, et gravitas verecunda.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in epiphania Domini*, 3, 8 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.309, ll.10-11).

### Conversatio (p.204)

Res eximii pretii est inter malos laudabiliter conversari.

Gregorius 1. moralium.

---

[locus nondum inuentus]

### Conversio (p.212)

Conversio nostra semper inveniet Deum paratum.

Augustinus in Psalmo 6.

---

Nam perfecta nostra conversio paratum semper invenit Deum, sicut propheta Osee dicit: Quasi diluculum praeparatus est egressus ejus (*Osee 6.*): quoniam ut eum amitteremus, non ejus absentia, qui ubique est, sed nostra fecit aversio.

Auctor incertus (Rufinus Aquileiensis?), *Commentarius in LXXV Psalmos*, 6, 5 (PL 21, col.665B).

Conversio (p.212)

Conversio ad bonum non homini, sed Deo adscribenda.

Augustinus epistola 130.

---

[locus nondum inuentus]

Convitium (p.218)

Convitia quis facilem tolerat, cum in secreto mentis ad mala perpetranda recurrit.

Gregorius 3. moralium.

---

Tunc enim illata conuicia bene toleramus, cum in secreto mentis ad male perpetrata recurrimus.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 30, 10, 37 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1517, ll.80-82).

Convitium (p.220)

Habet quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes, ac boni viri difficilime possunt.

Cicero 5. actione in Verrem.

---

Quod mehercule, iudices, mihi non mediocriter ferendum videtur; habet enim quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes ac viri boni difficilime possunt.

Marcus Tullius Cicero, *Actionis in C. Verrem secundae*, 3, 41, 95 (G. Peterson ed., n.p., ll.23-25).

Cor sive mens (p.222)

Cor in quatuor effectibus est, quid diligas, quid metuas, unde gaudeas, seu contristeris.

Bernardus de ieunio sermone 2.

---

Attende sollerter quid diligas, quid metuas, unde gaudeas aut contristeris, et sub habitu religionis animum saecularem, sub pannis conversionis invenies cor perversum.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in capite ieunii*, 2, 3 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.361, ll.9-11).

Correctio (p.225)

Iuste alios reprehendit qui non habet quod in se alias reprehendat.

Augustinus in Psalmo 5.

---

Ille iustus punitor, qui non habet quod in illo puniatur; ille iustus reprehensor, qui non habet quod in illo reprehendatur.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 50, 9 (CCSL 38, E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.605, ll.5-7).

Correctio (p.230)

Qui potest emendare, et negligit, participem proculdubio se constituit; qui alterius bonum iuvat, suum facit.

Gregorius in registro.

---

Nec enim sunt dissimulanda quae dicimus, quia qui emendare potest et neglegit, participem se procul dubio delicti constituit.

Gregorius Magnus, *Registrum epistolorum*, 11, 46 (CCSL 140A, D. Norberg ed., p.944, ll.19-21).

---

Nam qui alterius bonum adiuuat, suum facit.

Gregorius Magnus, *Registrum epistolorum*, 11, 48 (CCSL 140A, D. Norberg ed., p.947, ll.19-20).

Correctio (p.230)

Difficilius malum corrigitur, quod perfectione etiam prosperitate fulcitur.

Gregorius 33. moralium.

---

Vnde et nimis timendum est ne sequantur prospera cum desiderantur iniusta, quia difficilius malum corrigitur, quod perfectionis etiam prosperitate fulcitur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 43, 2, 4 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1735, ll.48-50).

Correctio (p.232)

Correctio igne et ferro vehementius operatur.

Chrysostomus in epistola ad Hebraeos homelia 31.

---

[locus nondum inuentus]

Correctio (p.236)

Obiurgationes etiam nonnunquam incident necessariae, in quibus utendum est forte et vocis contentionе maiore, et verborum gravitate acriote.

Cicero 1. de officiis.

---

Obiurgationes etiam nonnumquam incident necessariae, in quibus utendum est fortasse et vocis contentionе maiore et verborum gravitate acriore, id agendum etiam, ut ea facere videamur irati.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 136 (M. Winterbottom ed., p.56, ll.21-25).

Correctio (pp.236-7)

Quantum potes, te ipsum coargue, inquire in te, accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, novissime deprecatoris, aliquando etiam te offende.

Seneca epistola 28.

---

Ideo quantum potes te ipse coargue, inquire in te; accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, novissime deprecatoris; aliquando te offende.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 3, 28, 10 (L. Reynolds ed., vol.1, p.81, ll.5-7).

Creatio sive Creator (p.238)

In creaturis siquid erratum cogitamus inde est, quod non congruis sedibus ea quaerimus.

Augustinus libro 3. de libero arbitrio.

---

[locus nondum inuentus]

### Crudelitas (p.239)

Crudelitas minime humanum malum est, indignumque regio animo, fetina ista rabies est, sanguine gaudere, ut vulneribus et abiecto homine in sylvestre animal transire.

Seneca de clementia ad Neronem.

---

Crudelitas minime humanum malum est indignumque tam miti animo; ferina ista rabies est sanguine gaudere ac uulneribus et abiecto homine in siluestre animal transire.

Lucius Annaeus Seneca, *De clementia*, 3, 23, 1 (F. Préchac ed., p.44).

### Cupiditas (p.247)

Cupiditates honoris, imperii, potentiae, gloriae in maximis animis splendidissimisque ingenii existunt.

Cicero 1. de officiis.

---

Est autem in hoc genere molestum, quod in maximis animis splendidissimisque ingenii plerumque exsistunt honoris imperii potentiae gloriae cupiditates.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 26 (M. Winterbottom ed., p.11, ll.19-22).

### Cupiditas (p.247)

Cupiditates non foris solum se iactant, nec tantum in alios caeco impetu incurrint, sed intus etiam in animis inclusae inter se dissident, atque discordant.

Cicero 1. de officiis.

---

Ex cupiditatibus odia, discidia, discordiae, seditiones, bella nascuntur, nec eae se foris solum iactant nec tantum in alios caeco impetu incurrint, sed intus etiam in animis inclusae inter se dissident atque discordant, ex quo vitam amarissimam necesse est effici, ut sapiens solum, amputata circumcisaque inanitate omni et errore, naturae finibus contentus sine aegritudine possit et sine metu vivere.

Marcus Tullius Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 1, 44 (C. Moreschini ed., p.20, ll.481-487).

Cupiditas (p.247)

Ex cupiditatibus, odia, discidia, discordia, seditiones, bella nascuntur.

Cicero 1. de officiis.

---

Ex cupiditatibus odia, discidia, discordiae, seditiones, bella nascuntur, nec eae se foris solum iactant nec tantum in alios caeco impetu incurront, sed intus etiam in animis inclusae inter se dissident atque discordant, ex quo vitam amarissimam necesse est effici, ut sapiens solum, amputata circumcisaque inanitate omni et errore, naturae finibus contentus sine aegritudine possit et sine metu vivere.

Marcus Tullius Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 1, 44 (C. Moreschini ed., p.20, ll.481-487).

Curiositas (p.247)

Curiositas causa fere est omnium, quae cognoscuntur a nobis.

Augustinus in epistola ad Dioscorum.

---

[locus nondum inuentus]

Curiositas (p.249)

Pius pulsator plerunque invenit quod temerarius scrutator invenire non potest.

Bernardus super Cantica sermone 24.

---

Et fortassis inveniet pius pulsator quod temerarius scrutator non posset.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 26, 2 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.171, ll.2-3).

Damnum sive damnatio (p.255)

Damna parva nonnunquam magni lucri sunt causa.

Gregorius 3. dialogorum.

---

[locus nondum inuentus]

Damnum sive damnatio (p.255)

Damnum quis patinon debet, qui pro communi bono aliquid expendit.

Gregorius in registro.

---

[locus nondum inuentus]

Damnum sive damnatio (p.255)

Damna maiora timentes coelestis irae damna incurunt.

Gregorius libro 6. dialogorum.

---

[locus nondum inuentus]

Debitum (p.256)

Debitores sumus praecipue quinque, scilicet corpori, cordi, fratri, sanctis, et mortuis.

Bernardus de ver. Dom.

---

Ita ergo et sanitatem corpori, puritatem cordi, pacem fratri, imitationem sanctis, compassionem mortuis debemus; auxilium ab angelo, pietatem a Deo ex arca naturalium bonorum habere debemus et quaerere, ut sciamus quia, cum haec quae mandata sunt et data naturae fecerimus, SERVI INUTILES SUMUS: QUAE DEBUIMUS FACERE, FECIMUS.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones*, 16, 4 (SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.146-7, ll.26-27, 1-3).

Desperatio (p.260)

Desperatio certa mors est.

Ambrosius super Lucam libro. 2.

---

Haec clamemus, et de Dei misericordia non desperemus: quia desperatio certa mors est.

Caesarius Arelatensis, *Homeliae*, 20 (PL 67, col.1085B).

Desperatio (p.260)

Desperatio homicida est animae.

Augustinus in Psalmo 50.

---

[locus nondum inuentus]

Detractio (p.261)

Detractione patientia nostra probatur.

Augustinus libro 3. contra Petil.

---

[locus nondum inuentus]

Detractio (p.261)

Peior est detractio in magni nominis viris quam in plebeiis.

Augustinus in Psalmo 49.

---

[locus nondum inuentus]

Detractio (p.262)

Vilium satis hominum est et suam laudem querentium, alios viles facere; quia alterius vituperatione se laudari putant, et qui suo merito placere non possunt, placere volunt in comparatione malorum.

Hieronymus.

---

Vilium satis hominum est, et suam laudem quaerentium, alios viles facere; quia alterius vituperatione se laudari putant; et qui suo merito placere non possunt, placere volunt in comparatione pejorum.

Pelagius, *Epistola ad Demetriadem*, 1, 19 (PL 30, col.33D).

Deus (p.267)

Nescio quid spiritualiter et corporaliter in nobis facit Deus, quod nec sonus sit qui percutiat, nec color qui oculis discernatur, nec odor qui naribus capiatur, nec sapor qui faucibus indicetur, nec durum et molle quod tangendo sentiatur, et tamen aliquid est quod sentire facile est, explicare non possibile.

Augustinus super Ioannem.

---

Si parua magnis comparare conceditur, quoniam nos ad eum quid sumus? tamen nescio quid incorporeliter et spiritualiter facit in nobis Deus, quod nec sonus est qui aurem percutiat, nec color qui oculis discernatur, nec odor est qui naribus capiatur, neec sapor qui faucibus iudicetur, nec durum et molle quod tangendo sentiatur; tamen aliquid est quod sentire facile est, explicare impossibile est.

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis euangelium tractatus CXXIV.*, 40, 5 (CCSL 36, R. Willems ed., p.353, ll.35-41).

Deus (p.267)

Quaeramus inveniendum, quaeramus inventum; ut inveniendus quaeratur, occultus est; ut inventus quaeratur, immensus.

Augustinus super Ioannem.

---

Quaeramus inueniendum, quaeramus inuentum. Ut inueniendus quaeratur, occultus est; ut inuentus quaeratur, immensus est.

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis euangelium tractatus CXXIV.*, 63, 1 (CCSL 36, R. Willems ed., p.485, ll.3-5).

Deus (p.267)

Deus si fert auxilium misericors; si non, iustus esse creditur.

Augustinus in quaestiones vetus testamentis capitulo 36.

---

[locus nondum inuentus]

Deus (p.269)

Deus cui proprium est misereri, ex se miserandi sumit materiam, quod autem condemnat eum cogimus.

Bernardus super Cantica sermone 7.

---

Sed forte quis dicat: <<Quomodo illi proprium est misereri, cuius iudicia abyssus multa? Neque enim dicitur: OMNES VIAE EIUS misericordia sola, sed: MISERICORDIA ET VERITAS. Non minus iustus quam misericors est, cui misericordia et iudicium decantatur>>. Verum id quidem: CUI VULT MISERETUR ET QUEM VULT INDURAT; sed quod miseretur, proprium illi est. Ex se enim sumit materiam et velut quoddam seminarium miserendi. Nam quod iudicat et condemnat, nos eum quodammodo cogimus, ut longe aliter de corde ipsius miseratio quam animadversio procedere videatur.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in nativitate Domini*, 5, 3 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.267-8, ll.22-26, 1-3).

Diabolus (p.273)

De diaboli manu non evaditur, nisi citius ad poenitentiam recurratur.

Gregorius 1. moralium.

---

De cuius hostis manu non euaditur nisi citius ad paenitentiam recurratur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 1, 36, 53 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.55, ll.85-86).

Diabolus (p.273)

Diabolus primo opera nostra, deinde verba, et tandem cogitationes accusat.

Gregorius 2. moralium.

---

Diabolus primo opera nostra, deinde verba, tandem cogitationes accusat.

*Index in libros moralium et homelias sancti Gregorii* (PL 76, col.1383).

Diabolus (p.274)

Quum diabolus mala quae accuset non invenit, ad malum ipsa bona flectere quaerit.

Gregorius 2. moralium.

---

Sed antiquus aduersarius sum quae accuset mala non inuenit, ipsa ad malum inflectere bona quaerit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 2, 8, 14 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.68, ll.15-16).

Diabolus (p.274)

Diabolus a facie Domini exiit, quia temptationis potestatem accipiens ad malitia suae vota pervenit.

Gregorius 2. moralium.

---

Sed a facie eius exiit quia potestatem temptationis accipiens, ad malitia suae uota peruenit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 2, 12, 21 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.73, ll.41-43).

Diabolus (p.274)

Diabolus acrius insurgit, quando disciplinae custodes ventri servire cognoscit.

Gregorius 3. moralium.

---

Acrius insurgit, quando disciplinae custodes ventri servire cognoscit

*Index in libros moralium et homelias sancti Gregorii* (PL 76, col.1384).

Diabolus (p.274)

Diabolus non solum per seipsum, sed et per eos qui nobiscum sunt nos tentat.

Gregorius 4. moralium.

---

[locus nondum inuentus]

Diabolus (p.274)

Diabolus, quo valentius vincitur, ei adhuc ad insidias ardentius instigatur.

Gregorius 4. moralium.

---

Sed antiquus hostis quo ualentius uincitur eo adhuc ad insidias ardentius instigatur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 3, 10, 18 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.126, ll.24-25).

Diabolus (p.274)

Diabolus quum servos Dei tentat, etiam utilitati servit quum eos per tentationes suas non decipit.

Bernardus ad sororem.

---

Quando diabolus servos Dei tentat, eorum utilitatibus servit, cum eos per tentationes suas non decipit, sed erudit.

Auctor incertus (Bernardus Claraeuallensis), *Liber de modo bene vivendi, ad sororem*, 67 (PL 184, col.1298A-B).

Diabolus (p.274)

Invidet diabolus humano generi, volens illud habere subiectum, quia praevidebat hominem Deum futurum.

Bernardus in *Cantica sermone* 18.

---

[locus nondum inuentus]

Diabolus (p.274)

Hostes indefessi nos assidue oppugnant, modo aperte, modo fraudulenter, quos ne videre quidem possumus, quanto minus cavere.

Bernardus in *evangeliis sept. pan.*

---

Nunc quidem aperte et violenter, nunc occulte et fraudulenter, semper autem malitiose et crudeliter impugnant et persequuntur nos.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in dominica sexta post pentacosten*, 2, 5 (SOB 5, p.212, ll.21-23).

---

Ecce enim malleus universae terrae; ecce serpens, callidior cunctis animantibus; ecce inimicus ille, quem nec videre possum, quanto minus cavere.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in dominica sexta post pentacosten*, 2, 5 (SOB 5, p.212, ll.11-13).

Dilectio (p.277)

Dilige et fac quicquid voles, nihil tam facile bonae voluntati, quam ipsa sibi, et hoc sufficit Deo.

Augustinus de *verbis Domini*.

---

Nihil enim tam facile est bonae voluntati, quam ipsa sibi: et haec sufficit Deo.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 70, 3 (PL 38, col.444).

Discere (p.280)

Ab omnibus libenter disce quod nescis, quia humilitas tibi commune facere potest quod natura fecit commune.

Augustinus in epistola ad Hieronymum.

---

[locus nondum inuentus]

Discere (p.280)

Naturae ordo sic se habet, ut quum aliquid discimus, rationem praecedat autoritas.

Augustinus de moribus ecclesiae.

---

Naturae quidem ordo ita se habet, ut cum aliquid discimus, rationem praecedat auctoritas.

Augustinus Hipponensis, *De moribus ecclesiae catholicae et de moribus Manichaeorum*, 1, 2, 3 (CSEL 90, J.B. Bauer ed., p.5, ll.14-16).

Disciplina (p.285)

Disciplinarum usus extra Deum infelix, cum Deo non improbatus.

Augustinus libro 5. confessionum capitulo 4.

---

[locus nondum inuentus]

Disciplina (p.286)

Summopere cavendum est ei qui quaerit scientiam, ut non negligat disciplinam.

Hugo libro 3. Didascalonis.

---

et idcirco summopere cavendum ei qui quaerit scientiam, ut non negligat disciplinam.

Hugo de sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 3, 12 (C.H. Buttmer ed., p.61, ll.18-19).

Disciplina (p.286)

Principium disciplinae humilitas, cuius quum multa sint documenta, haec tria ad auditorem vel lectorem pertinent: primum ut nullam scriptura, nullam scientiam vilem teneat; secundum, ut a nemine discere erubescat; tertium, ut quum scientiam adeptus fuerit caeteros non contemnat.

Hugo libro 3. Didascalonis.

---

Principum autem disciplinae humilitas est, cuius cum multa sint documenta, haec tria praecipue ad lectorem pertinent: primum, ut nullam scientiam, nullam scripturam vilem teneat, secundum, ut a nemine discere erubescat, tertium, ut cum scientiam adeptus fuerit, ceteros non contemnat.

Hugo de sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 3, 13 (C.H. Buttmer ed., pp.61-62, ll.22-25, 1).

Discordia (p.286)

In discordia nemo benedicit Dominum.

Augustinus in Psalmis.

---

[locus nondum inuentus]

Discretio (p.289)

Ubi virtus discretionis perditur, intentio quae virtutis inimicum habeat, criminis finem accipit.

Gregorius 3. moralium.

---

[locus nondum inuentus]

Divitiae (p.293)

Divitiarum morbus superbia est, nam grandis animus est, qui inter divitias isto morbo non tenetur.

Augustinus sermone 24.

---

Morbus autem diuitiarum est superbia magna. Nam grandis animus est, qui inter diuitias isto morbo non tentatur, maior animus diutiis suis, uincens non concupiscendo sed contemnendo.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 36, 2 (CCSL 41, C. Lambot ed., pp.434-435, ll.30-33).

Divitiae (p.293)

Difficile est ut non sit superbus dives; tolle superbiam et non nocebunt divitiae.

Augustinus sermone 24.

---

Difficile est ut non sit superbus qui diues est. Tolle superbiam, diuitiae non nocebunt.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 39, 4 (CCSL 41, C. Lambot ed., p.490, ll.39-40).

Divitiae (p.297)

Si possibile esset in divites vindictam procedere, videres ex eis repleri carceres universos, sed cum omnibus malis suis hoc unum malum habent divitiae, quod in malignitate peccantes ab ultiōibus eruunt.

Valerius in epistola ad Hebraeos.

---

[locus nondum inuentus]

Divitiae (p.300)

Primus divitiarum modus est, habere quod necesse est, proximus quod sat est.

Seneca epistola 2.

---

Quis sit divitiarum modus quaeris ? primus habere quod necesse est, proximus quod sat est.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 1, 2, 6 (L. Reynolds ed., vol.1, p.3, ll.24-25).

Divitiae (p.300)

Sapiens non amat divitias, sed mavult, nec respuit possessas divitias, sed contemnit.

Seneca epistola 15.

---

Nec enim se sapiens indignum ullis muneribus fortuitis putat: non amat diuitias sed mavult; non in animum illas sed in domum recipit, nec respuit possessas sed continet, et maiorem uirtuti suaē materiam subministrari vult.

Lucius Annaeus Seneca, *De uita beata*, 21, 4 (L.D. Reynolds ed., p.188, ll.21-25).

Divitiae (p.300)

Divitiae apud sapientem virum in servitude sunt; apud stultum, in imperio; sapiens divitiis nihil permittit, nobis divitiae omnia.

Seneca epistola 15.

---

Plurimum: diuitiae enim apud sapientem virum in seruitute sunt, apud stultum in imperio; sapiens diutiis nihil permittit, uobis diuitiae omnia; uos, tamquam aliquis uobis aeternam possessionem earum promiserit, adsuescitis illis et cohaeretis, sapiens tunc maxime paupertatem meditatur cum in mediis diutiis constitut.

Lucius Annaeus Seneca, *De uita beata*, 26, 1 (L.D. Reynolds ed., p.194, ll.12-18).

Divitiae (p.300)

Nihil est tam angusti animi, tamque demissis, quam amare divitiae, nihil honestius magnificenteriusque quam pecunias contemnere, si non habeas; si habeas, ad beneficentiam libertatemque conferre.

Cicero 1. de officiis.

---

Quam ob rem et haec vitanda et pecuniae fugienda cupiditas; nihil enim est tam angusti animi tamque parvi quam amare divitias, nihil honestius magnificenteriusque quam pecuniam contemnere, si non habeas, si habeas, ad beneficentiam liberalitatemque conferre.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 68 (M. Winterbottom ed., pp.27-8, ll.30, 1-5).

Divitiae (p.300)

Omnes sunt divites, dicunt Stoici, qui coelo et terra frui possunt.

Cicero 1. de officiis.

---

[locus nondum inuentus]

Doctrina sive doctor (p.301)

Falsa doctrina est lepra mentis.

Augustinus de verbis Apostolorum sermone 2.

---

*Doctrina varia et inconstans lepra mentis.*

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 176, 6, 6 (PL 38, col.953).

Doctrina sive doctor (p.308)

Parum valet doctrina, nisi industria, studio, labore, diligentia comprobetur.

Cicero 3. de rhetorice.

---

Sed cum in omni disciplina infirma est artis praeceptio sine summa adsiduitate exercitationis, tum vero in nemonicis minimum valet doctrina, nisi industria, studio labore, diligentia conprobatur.

Pseudo-Cicero, (*Rhetorica Ad C. Herennium libri sex*, 3, 40 (F. Marx ed., p.104, ll.10-14).

Doctrina sive doctor (p.308)

Quae bona sunt, fieri meliora possunt doctrina; et quae non optima, acui tamen et corrigi aliquo modo possunt.

Cicero 2. de oratore.

---

[locus nondum inuentus]

Ecclesia (p.317)

Ecclesia nunc orat pro omnibus, nec tamen pro omnibus exauditur.

Augustinus.

---

Sed quia de nullo certa est, orat pro omnibus dumtaxat hominibus inimicis suis in hoc corpore constitutis; nec tamen pro omnibus exauditur.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 21, 24 (CCSL 48, B. Dombart ed., p.789, ll.33-35).

Ecclesia (p.317)

Ecclesia velut lilyum inter spinas, malis et bonis est permista.

Augustinus libro 5. de baptismo.

---

[locus nondum inuentus]

Ecclesia (p.318)

Sancta ecclesia consistit unitate fidelium, sicut corpus unitate membrorum.

Gregorius libro 19. moralium.

---

Sancta quippe Ecclesia sic consistit unitate fidelium, sicut corpus nostrum unitum est compage membrorum.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 19, 25, 43 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.991, ll.49-51).

Ecclesia (p.318)

Ecclesia afflictionis tempore proverbium pravis efficitur.

Gregorius libro 20. moralium.

---

Sancta itaque electorum Ecclesia afflictionis tempore proverbum prauis efficitur quia cum bonos mori per tormenta conspiciunt ab eis similitudinem maledictionis sumunt.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 20, 18, 44 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1036, ll.7-10).

Ecclesia (p.319)

Ecclesiae nomine non tantum una anima, sed multarum unitas designantur.

Bernardus in Cantica sermone 61.

---

Et si Christum et Ecclesiam dixero, idem est, nisi quod Ecclesiae nomine non una anima, sed multarum unitas vel potius unanimitas designatur

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 61, 2 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.149, ll.15-17).

Ecclesia (p.319)

Praesumit ecclesia non de suis meritis, sed de Dei misericordia.

Bernardus in Cantica sermone 6.

---

[locus nondum inuentus]

Electio (p.321)

Deus non eligit dignos, sed dignos eligendo facit.

Augustinus in libro sententiarum et est in glossa ad Colossios ultimo.

---

[locus nondum inuentus]

Eleemosyna (p.326)

Eleemosyna utilius malis negatur quam conceditur.

Augustinus epistola 48.

---

[locus nondum inuentus]

Eleemosyna (p.326)

Eleemosna ad necessitatem non ad pigritiam accipienda.

Augustinus de operibus monarchorum capitulo 16.

---

in his uerbis adparet , quantum non solum curam sanctarum plebium esse uoluerit ministrare necessaria sanctis dei seruis, consilium in hoc dans, quia hoc magis ipsis qui hoc faciebant proderat quam illis erga quos faciebant - illis enim aliud proderat, id est hoc erga se obsequio fratrum suorum sancte uti nec propter hoc deo seruire nec ista sumere nisi ad supplendam necessitatem, non ad pascendam pigritiam - sed etiam suam curam beatus apostolus tantam dicit in hac ministratione, quae nunc per titum transmittebatur, ut comitem peregrinationis suaem propter hoc commemoret ordinatum ab ecclesiis, boni testimonii hominem dei, cuius laus, inquit, in euangelio est per omnes ecclesias.

Augustinus Hipponensis, *De opere monachorum*, 16, 17 (CSEL 41, J. Zycha ed., p.561, ll.13-25).

Eloquentia (p.333)

Eloquentia in homine pravo est venenum in poculo aureo.

Augustinus in libro 1. de anima.

---

[locus nondum inuentus]

Eloquentia (p.334)

Pacis est comes, otiique socia, et iam bene constitutae civitatis velut alumna quaedam eloquentia.

Cicero de oratore.

---

pacis et comes otique socia et iam bene constitutae civitatis quasi alumna quaedam eloquentia.

Marcus Tullius Cicero, *Brutus*, 12, 45 (E. Malcovati ed., p.13, 17-18).

Eloquentia (p.334)

Nihil est tam inhumanum quam eloquentiam, ad salutem hominum et ad conservationem datam, ad bonorum pestem perniciemque convertere.

Cicero 2. de officiis.

---

Nam quid est tam inhumanum quam eloquentiam a natura ad salutem hominum et ad conservationem datam ad bonorum pestem perniciemque convertere?

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 2, 51 (M. Winterbottom ed., p.90, ll.21-24).

### Exercitatio (p.344)

Vita humana proprie uti ferrum est, ferrum si exerceas; conteritur si non exerceas; tamen rubigo interficit; item homines exercendo conteri, si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti affert, quam exercitatio.

Gelasius libro 11.

---

Illa quoque ex eodem libro praeclarae veritatis sententia est: “Nam vita,” inquit, “humana prope uti ferrum est. Si exerceas, conteritur; si non exerceas, tamen robigo interficit. Item homines exercendo videmus conteri; si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit quam exercitio.”

Aulus Gellius, *Noctes Atticae*, 11, 2, 6 (T.E. Page et al. eds., vol.2, p.304).

### Excommunicatio (p.345)

Sententia excommunicationis pastoris, sive iusta sive iniusta, metuenda est.

Gregorius in registro.

---

[GREGOR.] Sententia enim pastoris, sive justa, sive injusta sit, timenda est, ne tumida responsione qui prius culpabilis non erat, postmodum culpabilis fiat.

Zacharias Chrysopolitanus, *De concordia evangelistarum*, 3, 98, 185 (PL 186, col.312A).

### Excommunicatio (p.345)

Siquis illicite quempiam excommunicat, seipsum, non illum, excommunicat.

Gregorius in registro.

---

[locus nondum inuentus]

Excusatio sive defensio (p.346)

Nulla est peccati excusatio, si amici causa peccaveris.

Augustinus de amicitia capitulo 7.

---

Nulla peccati est excusatio, si amici causa peccaveris.

Aelredus Rievallensis, *De amicitia*, 7 (PL 40, col.836).

Excusatio sive defensio (p.347)

Excusatio perfecta, testimonium conscientiae suaे.

Bernardus de consideratione libro. 2.

---

Perfecta et absoluta cuique excusatio, testimonium conscientiae suaे.

Bernardus Claraeuallensis, *De consideratione ad Eugenium*, 2, 1, 4 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.413, ll.16-17).

Excusatio sive defensio (p.348)

Sine summo scelere non potes, quod maleficium in aliis vindicaris, idem in aliorum socio cum scires defendere.

Cicero pro Scill.

---

Quae si de uno me cogitasset, qua mollitia sum animi ac lenitate, numquam me hercule illius lacrimis ac precibus restitissem; sed cum mihi patriae, cum vestrorum periculorum, cum huius urbis, cum illorum delubrorum atque templorum, cum puerorum infantium, cum matronarum ac virginum veniebat in mentem, et cum illae infestae ac funestae faces universumque totius urbis incendium, cum tela, cum caedes, cum civium crux, cum cinis patriae versari ante oculos atque animum memoria refricare cooperat, tum denique ei resistebam, neque solum illi hosti ac parricidae sed his etiam propinquis illius, Marcellis, patri et filio, quorum alter apud me parentis gravitatem, alter filii suavitatem obtinebat; neque me arbitrabar sine summo scelere posse, quod maleficium in aliis vindicassem, idem in illorum socio, cum scirem, defendere.

Marcus Tullius Cicero, *Pro P. Sulla oratio*, 6, 18-19 (A.C. Clark ed., n.p., ll.6-21).

Exemplum (p.351)

Aliorum exempla ad insinuandam huius vitae instabilitatem intuenda sunt.

Gregorius 4. moralium.

---

[locus nondum inuentus]

Exemplum (p.352)

Exempla bonae vitae a Christo et ab eius actibus assumere debemus.

Bernardus in Cantica sermone 23.

---

[locus nondum inuentus]

Fama (p.356)

Fama virtutem reddit illustriorem, tametsi non maiorem.

Bernardus in *Cantica sermone* 3.

---

[locus nondum inuentus]

Fides sive fidelitas (p.360)

Fides electorum aut nunquam deficit aut statim reparatur.

Augustinus de correptione et gratia.

---

Horum fides, quae per dilectionem operatur, profecto aut omnino non deficit, aut si qui sunt quorum deficit, reparatur antequam uita ista finiatur, et deleta quae intercurrerat iniuitate, usque in finem perseverantia deputatur.

Augustinus Hippensis, *De correptione et gratia*, 7, 16 (PL 44, col.925).

Fortitudo (p.365)

Fortitudo atque constantia, via regia est, a qua declinat ad dexteram qui temerarius est et pertinax, ad sinistram qui formidolosus est et timidus.

Augustinus in *Origine super Isaia*.

---

Fortitudo etiam atque constantia uia regia est, a qua declinat ad dexteram, qui temerarius et pertinax est; ad sinistram, qui formidolosus et pauidus.

Hieronymus Stridonensis, *Commentariorum in Esaiam libri XVIII.*, 16, 42, 10 (CCSL 73A, M. Adriaen & G. Morin, eds., p.650, ll.31-33).

Fortitudo (p.365)

Haec est vera fortitude, quae naturae usum, sexus infirmitatem, mentis devotione transgreditur.

Augustinus de viduis.

---

Haec enim uera est fortitudo, quae naturae usum, sexus infirmitatem mentis deuotione transgreditur, qualis in illa fuit, cui nomen Iudith, quae uiros obsidione fractos, perculsus metu, tabidos fame, sola potuit a colluione reuocare, ab hoste defendere.

Ambrosius Mediolanensis, *De viduis*, 7, 37 (F. Gori ed., p.278). [cf. Deuocio d].

Fortitudo (p.367)

Non est vir fortis, cui non crescit animus in ipsa rerum difficultate.

Bernardus in epistola.

---

Legi apud quemdam sapientem: Non est vir fortis, cui non crescit animus in ipsa rerum difficultate.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 256, 1 (SBO 8, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.163, ll.12-13).

Fortitudo (p.367)

Viri fortes semper in pace modesti sunt, et iustitiam nimis diligunt, qui frequenter pericula tractaverunt.

Cassiodorus libro epistolorum.

---

Viri fortes semper in pace modesti sunt et iustitiam nimis diligunt, qui frequenter proelia tractauerunt.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum*, 12, 3 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.467, ll.28-30).

Fortitudo (p.367)

Fortitudo si nulla necessitate cogente aut non pro causa honesta certum periculum subierit, in temeritatem convertitur.

Lactantius libro 6.

---

item fortitudo si nulla necessitate cogente aut non pro causa honesta certum periculum subierit, in temeritatem conuertitur.

Lucius Caelius Firmianus Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6, 14, 4 (CSEL 19, S. Brandt et G. Laubmann eds., p.535, ll.5-6).

Fortitudo (p.368)

Fortitudo est virtus pugnans pro aequitate.

Cicero 1. de officiis.

---

[locus nondum inuentus]

Fortitudo (p.368)

Fortes et magnanimi habendi sunt non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam.

Cicero 1. de officiis.

---

Fortes igitur et magnanimi sunt habendi non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 65 (M. Winterbottom ed., p.26, ll.24-25).

Fortitudo (p.368)

Est viri quidem fortis ne suppliciis quidem moveri, ut fortiter fecisse poeniteat.

Cicero 1. de officiis.

---

Populi grati est praemiis adficere bene meritos de re publica civis, viri fortis ne suppliciis quidem moveri ut fortiter fecisse paeniteat.

Marcus Tullius Cicero, *Pro T. Annio Milone oratio*, 30, 82 (A.C. Clark ed., n.p., ll.23-26).

Fraternitas (p.370)

Fratri egestati impendendum quicquid ultra vitae necessitatem habemus.

Basilius in suum mor.

---

[locus nondum inuentus]

Fraus et dolus (p.372)

Sunt homines qui rationem bono consilio a diis immortalibus datam, in fraudem malitiamque convertunt.

Cicero 3. de natura deorum.

---

Et si verum est quod Aristo Chius dicere solebat, nocere audientibus philosophos is qui bene dicta male interpretarentur (posse enim asotos ex Aristippi, acerbos e Zenonis schola exire) – prorsus, si qui audierunt vitiosi essent discessuri, quod perverse philosophorum disputationem interpretarentur, tacere praestaret philosophis quam iis qui se audissent nocere ; sic, si homines rationem bono consilio a dis immortalibus datam in fraudem malitiamque convertunt, non dari illam quam dari humano generi melius fuit.

Marcus Tullius Cicero, *De natura deorum*, 3, 31, 77-78 (W. Ax ed., pp.152-153, ll.31-32, 1-9).

Gaudium (p.373)

Gaudendum est de iis quae expectamus, et gaudendum de iis quae sustinemus.

Bernardus de verbis Apostolorum sermone 2.

---

Gaudeamus ergo de his quae exspectamus, quoniam DOMINUS PROPE EST. Iterum gaudeamus de his quae sustinemus, ut modestia nostra omnibus nota sit.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones*, 18, 3 (SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.159, ll.13-15).

Gaudium (pp.373-4)

Gaudendum in bono alieno magno magis quam in proprio parvo.

Bernardus in *Cantica* sermone 49.

---

Si autem dicas difficile quemquam plus alieno gaudere magno bono quam proprio parvo, advertes certe vel ex hoc excellentiam gratiae apud sponsam, et quam non cuilibet animae dicere sit, quia ORDINAVIT IN ME CARITATEM

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 49, 7 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.77, ll.9-12).

Gaudium (p.374)

Gaudium in materia convertibili mutari necesse est re mutata.

Bernardus de falsitate praesentis vitae.

---

Gaudent in cibis, gaudent in pompis, gaudent in divitiis, gaudent et in vitiis homines; sed luctus extrema occupat eiusmodi gaudiorum, quod gaudium in materia convertibili mutari necesse sit re mutata.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones*, 1, 8 (SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.79, ll.2-5).

Gaudium (p.374)

Gaudium solummodo verum est quod de creatore concipitur.

Bernardus in epistola.

---

Et revera illud verum et solum est gaudium, quod non de creatura, sed de Creatore concipitur, et quod, cum possederis, nemo tollet a te, cui comparata omnis aliunde iucunditas maerior est, omnis suavitas dolor est, omne dulce amarum, omne decorum foedum, omne postremo, quodcumque aliud delectari possit, molestum.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 114, 1 (SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.292, ll.1-4).

Gloria mala sive vana (p.378)

Insipiens quid tibi prodest vanae gloriae memoria, si ubi es, torqueris, ubi non es, laudaris?

Hugo 1. de anima.

---

O insipiens homo: quid tibi prodest post mortem ista memoria, si ubi es torqueris, et ubi non es laudaris?

Thomas de Aquino, *Catena aurea in Matthaeum*, 23, 10, 29 (Marietti ed., p.338, l.111).

Gratia (p.389)

Gratia Dei non nostra potestate in melius mutamur.

Augustinus libro 1. retractionum capitulo 22.

---

[locus nondum inuentus]

Gratia (p.389)

Gratia non solum adiuvat iustum, sed etiam iustificat impium.

Augustinus libro de patientia capitulo 20.

---

porro autem gratia non solum adiuuat iustum, uerum etiam iustificat inpium.

Augustinus Hipponensis, *De patientia*, 20, 17 (CSEL 41, J. Zycha ed., p.682, ll.12-13).

Gratia (p.390)

Non nisi magna Dei gratia terreni corporis vincemus errores.

Augustinus epistola 91.

---

[locus nondum inuentus]

Gratia (p.390)

Gratiae divinae adscribitur omne quod prospere a nobis geritur.

Gregorius in registro.

---

[locus nondum inuentus]

Gratia (p.390)

Punitio gravi dignus est qui saepius Dei gratiam contempsit.

Gregorius in evangeliis homelia 37.

---

[locus nondum inuentus]

Gratia (p.391)

Quantum quis crescit in gratiam, tantum in fiduciam dilabatur.

Bernardus in Cantica sermone 3.

---

[locus nondum inuentus]

Gratia (p.391)

Quaerere Deum non potest anima, nisi praeveniatur ut quaerat.

Bernardus in Cantica sermone 83.

---

[locus nondum inuentus]

Gratitudo sive gratiarum actio (p.392)

Gratias agere Deo possumus, referre non possumus.

Augustinus in Psalmo 47.

---

[locus nondum inuentus]

Gratitudo sive gratiarum actio (p.393)

Hesiodum illud laudatur ab omnibus qui eadem mensura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatione si possis.

Cicero de oratore.

---

tamen munere: quamquam illud Hesiodum laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere iubet quae acceperis aut etiam cumulatiore, si possis.

Marcus Tullius Cicero, *Brutus*, 3, 15 (E. Malcovati ed., p.5, ll.1-3).

Gula (p.397)

Cor habet in ventre gulosus, lascivus in libidine, cupidus in lucro.

Hieronymus in Mattheo.

---

Gulosus cor habet in ventre, lascivus in ludicris, amator in libidine, avarus in pecunia.

Zacharias Chrysopolitanus, *De concordia evangelistarum*, 1, 36, 46 (PL 186, col.144B).

Gula (p.397)

Gulæ vitio reciso multa simul vitia subiugantur.

Gregorius in registro.

---

[locus nondum inuentus]

Gula (p.397)

Gula innumera vitiorum agmina ad animae conflictum producit.

Gregorius in registro.

---

Et quia in hoc serdente gulæ vitium designari diximus, cum Naas percutitur, moeroris populus debellatur: quia ex uno gulæ vitio, innumera vitiorum agmina ad conflictum animae producuntur.

Gregorius Magnus, *In librum primum regum*, 5, 1, 12 (PL 79, col.322B-322C).

Gula (p.402)

Vitium ventris et gutturis non solum minuit aetatem hominibus, sed etiam aufert.

Cicero pro M. Coelio.

---

Quod quidem vitium ventris et gurgitis non modo non minuit aetas hominibus sed etiam auget.

Marcus Tullius Cicero, *Pro M. Caelio oratio*, 19, 44 (A.C. Clark ed., n.p., ll.6-7).

Homo (p.404)

Homine nulla immanior fera, si sibi relinqueretur.

Augustinus de civitate Dei capitulo 24.

---

[locus nondum inuentus]

Homo (p.404)

Homo etsi sine peccato esse possit, nemo tamen est qui sit.

Augustinus de spiritu et anima.

---

[locus nondum inuentus]

Homo (p.404)

Homo ad contemplandum creatorem suum conditus est.

Gregorius 8. moralium.

---

Ad contemplandum quippe Creatorem homo conditus fuerat ut eius semper speciem quaereret, atque in sollemnitate illius amoris habitaret.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 8, 18, 34 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.406, ll.27-30).

Homo (p.404)

Quia homo de humo sumptus est, iudicia Dei discutere illius non est.

Gregorius 11. moralium.

---

Respondere Deo non posse conuincitur qui homo nominatur, quia per hoc quod de humo sumptus est, iudicia superna discutere dignus non est.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 9, 14, 21 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.472, ll.14-16).

Homo (p.406)

Universis animalibus data est ratio, brutis tantum ad vitam tuendam, homini autem ad propagandam.

Lactantius.

---

equidem sic arbitror, universis animalibus datam esse rationem, sed mutis tantummodo ad uitam tuendam, homini etiam ad propagandam.

Lucius Caelius Firmianus Lactantius, *Diuinae institutiones*, 3, 10, 6 (CSEL 19, S. Brandt et G. Laubmann eds., p.203, ll.3-5).

Homo (p.407)

Omne hominum genus etsi ignoret, qualem Deum habere debet, tamen habendum scit.

Lactantius libro 1.

---

Itaque ex tot generibus nullum est animal praeter hominem quod habeat notitiam aliquam dei, ipsique in hominibus nulla gens est neque tam mansueta neque tam fera, quae non etiamsi ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat.

Marcus Tullius Cicero, *De legibus*, 1, 24 (N. Rudd et T. Wiedemann eds., p.31, ll.19-24).

Homo (p.409)

Hoc natura praescribit ut homo homini, quicunque sit ob eam ipsam causam tantum quod homo est, consultum velit.

Cicero 3. de officiis.

---

Atque etiam, si hoc natura praescribit, ut homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam quod is homo sit, consultum velit, necesse est secundum eandem naturam omnium utilitatem esse communem.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 3, 27 (M. Winterbottom ed., p.119, ll.8-11).

Homo (p.409)

Sunt in terra homines non ut incolae et habitores, sed quasi ut spectatores superarum rerum atque coelestium.

Cicero 2. de legibus.

---

sunt enim ex terra homines non ut incolae atque habitatores sed quasi spectatores superarum rerum atque caelestium, quarum spectaculum ad nullum genus animantium pertinet.

Marcus Tullius Cicero, *De natura deorum*, 2, 56, 140 (W. Ax ed., p.106, ll.29-32).

Homo (p.409)

Homo est imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunae lusus, inconstantiae imago, invidiae et calamitatis trutina, reliquum vero pituita et bilis.

Aristotles apud Stobaeum.

---

[locus nondum inuentus]

Honor (p.412)

Honor malis exhibitus in eorum commutatur ruinam.

Gregorius in 7. mal.

---

[locus nondum inuentus]

Honor (p.413)

Qui de amore non venit amor, non honor, sed adulatio est.

Bernardus in Cantica.

---

Et qui de amore non venit honor, non honor, sed adulatio est.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 83, 4 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.300, ll.21-22).

Honor (p.414)

Honor est praemium virtutis, studio iudicioque civium aed aliquem delatum.

Cicero de clar. orat.

---

[locus nondum inuentus]

Hospitalitas (p.416)

Hospitalitatis officio ad Christi cognitionem venimus.

Augustinus contra haeresis 2.

---

[locus nondum inuentus]

Humilitas (p.417)

Humilitate omnia facta nostra condiantur.

Augustinus epistola 58.

---

[locus nondum inuentus]

Humilitas (p.419)

Saepe flectit humilitas quod nec virtus potuit superare nec ratio.

Ambrosius in quadam epistola.

---

Et doctorum unus: «Saepe,» inquit, «flectit humanitas quos nec virtus potuit superare, nec ratio.»

Herbertus de Boseham, *Vita Sancti Thomae archiepiscopus et martyris*, 4, 11 (PL 190, col.1178A).

Humilitas (p.421)

Horari appetunt multi in schola humanitatis.

Bernardus super Missus est.

---

[locus nondum inuentus]

Humilitas (p.422)

Humilitatis summa in eo consistit, si voluntas nostra per omnia divinae voluntati subiecta fuerit.

Bernardus de subiectione nostrae voluntatis.

---

Porro totius humilitatis summa in eo videtur consistere, si voluntas nostra divinae, ut dignum est, subiecta sit voluntati, sicut ait Propheta: NONNE DEO SUBIECTA ERIT ANIMA MEA?

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones*, 26, 1 (SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.194, ll.14-16).

Humilitas (p.424)

Nulla tanta humilitas est quae dulcedine gloriae non tangatur.

Valerius Maximus libro 8.

---

nulla est ergo tanta humilitas quae dulcedine gloriae non tangatur.

Valerius Maximus, *Factorum et dictorum memorabilium*, 8, 14, 5 (D.R. Shackleton Bailey ed., vol.2, p.272).

Humilitas (p.424)

Humilis satis est, qui aequo in re satis vivit, nec inferendo iniuriam, nec patiendo etiam.

Livius 1. Dec. libro 1.

---

Satis superque humili est, qui iure aequo in ciuitate uiuit, nec inferendo iniuriam nec patiendo.

Titus Livius, *Ab urbe condita*, 3, 53, 9 (C.F. Walters & R.S. Conway eds., vol.1, n.p.).

Iactantia (p.424)

Iactantia non tantum in pompa et nitore, sed etiam in sordibus est.

Augustinus libro 2. de verbis Domini in monte.

---

[locus nondum inuentus]

Iactantia (p.425)

Mirabile iactantiae genus ut non possis putari sanctus nisi sceleratus appareas.

Bernardus super Cantica sermone 1.

---

Mirabile iactantiae genus, ut non possis putari sanctus, si non appareas sceleratus.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 16, 10 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.95, ll.11-12).

Ieiunium (p.426)

Ieiunia et eleemosynae orationem iuvant.

Augustinus epistola 121.

---

propter hoc ieunia et elemosynae et orationes inuigilant.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 265, 8 (CSEL 57, A. Goldbacher ed., p.646, l.14).

Ieiunium (p.426)

Ieiunium humilitatis signum.

Augustinus epistola 176.

---

[locus nondum inuentus]

Ignorantia (p.431)

Tolerabilius est Deo quempiam cum ignorantia in humilitate iacere, quam cum elatione alta sapere.

Gregorius 17. moralium.

---

Quod tamen et ex typo sanctae Ecclesiae nil obstat intellegi, quae cum de infirmis suis ab haereticorum irrisione reprehenditur, ipsam irrisionis eorum astutiam dedignatur; quia tolerabilius Deo est ut in infirmitate quis atque ignorantia cum humilitate iaceat, quam cum elatione alta comprehendat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 17, 11, 15 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.860, ll.29-34).

Ignorantia (p.431)

Ignorantia Dei plerunque desperationem parturit.

Bernardus in *Cantica* sermone 27.

---

QUID ergo Dei ignorantia parturit? Nam hinc incipiendum est, sicut recordamini hic heri fuisse terminatum. Quid itaque parturit? Diximus desperationem; sed quonam modo dicamus.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 38, 1, 1 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.14, ll.7-9).

Ignorantia (p.431)

Ignorantia sui, initium omnis peccati; ignorantia Dei, consummatio omnis peccati.

Bernardus in *Cantica* sermone 27.

---

Etenim sicut INITIUM SAPIENTIAE TIMOR DOMINI, sic INITIUM OMNIS PECCATI SUPERBIA; et quomodo perfectionem sibi sapientiae vindicat amor Dei, ita desperatio sibi omnem malitiae consummationem. Et quemadmodum ex notitia tui venit in te timor Dei, atque ex Dei notitia Dei itidem amor, sic e contrario de ignorantia tui superbia, ac de Dei ignorantia desperatio venit. Sic autem superbiam parit tibi ignorantia tui, cum meliorem quam sis, decepta et deceptrix tua cogitatio te esse mentitur. Hoc quippe est superbia, hoc initium omnis peccati, cum maior in tuis es oculis quam apud Deum, quam in veritate.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 37, 3, 6 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.12, ll.9-18).

Ignorantia (p.432)

Optimus ac gravissimus quisque confitetur se multa ignorare, et multa sibi etiam atque etiam esse discenda.

Cicero 3. *Tusculanis*.

---

Quid? ex ceteris philosophis nonne optimus et gravissimus quisque confitetur multa se ignorare et multa sibi etiam atque etiam esse discenda?

Marcus Tullius Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3, 28, 69 (T.E. Page et al. eds., pp.306, 308).

Infernus (p.436)

Apud inferos nulla nec veritas, nec rationcinatio est.

Augustinus de veritate religionis catholicae.

---

[locus nondum inuentus]

Inimicitia (p.440)

Ininitiae vitandae cautissime, ferendae aequissime, finiendae citissime.

Augustinus libro 2. de or. capitulo 8.

---

Inimicitiae vitandae cautissime, ferendae aequissime, finiendae citissime.

*Index in omnia opera sancti Augustini* (PL 46, col.358).

Inimicitia (p.441)

Frustra exteriores inimicos vincimus, si interioribus parcimus.

Gregorius libro 30. moralium.

---

Inimicos exteriores frustra vincimus, si interioribus parcimus

*Index in libros moralium et homeliae sancti Gregorii* (PL 76, col.1415-1416).

Inimicitia (p.441)

Tacitae inimicitiae magis tuendae sunt quam indictae et apertae.

Cicero in Verrem.

---

Inimicitiae sunt, subeantur; labor, suscipiatur; etenim tacitae magis et occultae inimicitiae timendae sunt quam indictae atque apertae.

Marcus Tullius Cicero, *Actionis in C. Verrem secundae*, 5, 71, 182 (G. Peterson ed., n.p., ll.15-17).

### Ingenium (p.443)

Acutiora ingenia, et ad intelligendum apertiora eorum qui terras incolunt eas, in quibus aer sit purus ac tenuis, quam eorum qui utuntur crasso coelo atque concreto, quinetiam quo utaris cibo, interest ad mentis aciem.

Cicero 2. de natura deorum.

---

Etenim licet videre acutiora ingenia et ad intellegendum aptiora eorum qui terras incolant eas in quibus aer sit purus ac tenuis quam illorum qui utantur crasso caelo atque concreto. quin etiam cibo quo utare interesse aliquid ad mentis aciem putant.

Marcus Tullius Cicero, *De natura deorum*, 2, 42 (W. Ax ed., p.65, ll.5-9).

### Ingratitudo (p.444)

Qui se dicit scire quod nescit, temerarius est, et qui se negat scire quod scit, ingratus est.

Augustinus in sermone de ascensione.

---

Qui se dicit scire quod nescit, temerarius est: qui se negat scire quod scit, ingratus est.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 265, 8, 9 (PL 38, col.1223).

### Innocentia (p.450)

Innocentia per gradus certos ab homine discedit, et ne in maximis repidet audacia, diu vires imminoribus colligit.

Quintilianus in declamatione 1.

---

innocentia per gradus certos ab homine discedit, et, ne in maximis trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 1, 6 (L. Håkanson ed., p.6, ll.11-13).

### Invidia (p.455)

Non est congruum quem augere honoribus cupias, huic pietatis titulis invidere, qui sunt omnibus honoribus pulchiores.

Plinius Iunior libro 3. epistolorum.

---

Neque enim est congruens arbitror, quem augere honoribus cupias, huic pietatis titulis inuidere, qui sunt omnibus honoribus pulchiores.

C. Plinius Caecilius Secundus (Iunior), *Epistolae*, 3, 8, 2 (R.A.B. Mynors ed., p.78, ll.15-17).

### Invidia (p.457)

Virtutis comes invidia plerunque bonos insectatur.

Cicero 4. ad Herennium.

---

[locus nondum inuentus]

### Ira (p.466)

Si tantum irascendum est sapienti, quam scelerum indignitas exigit, non irascendum est, sed insaniendum.

Seneca libro 2. de ira.

---

Si tantum irasci uis sapientem quantum scelerum indignitas exigit, non irascendum illi sed insaniendum est.

Lucius Annaeus Seneca, *De ira*, 2, 9, 4 (L.D. Reynolds ed., p.68, ll.25-27).

Ira (p.472)

Irasci, rationis est; auferuntur enim delicta, et refraenatur licentia, quod utique iuste, sapienter utique sit.

Lactantius de ira.

---

Irasci ergo rationis est; auferuntur enim delicta et refrenatur licentia, quod utique iuste sapienterque fit.

Lucius Caelius Firmianus Lactantius, *De ira Dei liber*, 17, 12 (SC 289, C. Ingremoine ed., p.176, ll.61-63).

Ira (p.473)

Prohibenda est maxime ira in puniendo, nunquam enim qui iratus accedit ad poenam, mediocritatem illam tenebit, quae est inter nimium et parum; cavendum est igitur ne maior si poena quam culpa.

Cicero 1. de officiis.

---

Cavendum est etiam ne maior poena quam culpa sit, et ne isdem de causis alii plectantur, alii ne appellantur quidem. Prohibenda autem maxime est ira puniendo; numquam enim iratus qui accedet ad poenam mediocritatem illam tenebit quae est inter nimium et parum, quae placet Peripateticis, et recte placet, modo ne laudarent iracundiam et dicerent utiliter a natura datam.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 89 (M. Winterbottom ed., p.36, ll.12-18).

### Ira (p.473)

Semper ira procul absit, cum qua nihil recte, nihil considerate fieri potest; quae enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt, nec ab iis qui adsunt, probari.

Cicero 1. de officiis.

---

Sed ut ad urendum et secundum, sic ad hoc genus castigandi raro invitique veniemus, nec umquam nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina; sed tamen ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest. Magnam autem partem clementi castigatione licet uti, gravitate tamen adjuncta, ut et severitas adhibeat et contumelia repellatur, atque etiam illud ipsum quod acerbatis habet obiurgatio, significandum est ipsius id causa qui obiurgetur esse susceptum. Rectum est autem etiam in illis contentionibus quae cum inimicissimis fiunt, etiam si nobis indigna audiamus, tamen gravitatem retinere, iracundiam pellere; quae enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt neque iis qui adsunt probari.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 136-137 (M. Winterbottom ed., pp.56-7, ll.25-27, 1-11).

### Iudex sive iudicium (p.476)

Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates.

Gregorius in homelia.

---

*Noli querere fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in aequitate tua.*

*Appendix ad secundam partem diversae bibliothecae sancti Hieronymi, Liber Ecclesiastici, 7 (PL 29, col.428C).*

### Iudex sive iudicium (p.476)

Iudex peccatis veniam dare non potest quia voluntati servit alienae, Deus autem potest quia est suae dispensator ac iudex.

Lactantius de ira Dei.

---

Iudex peccatis dare non potest ueniam, qui uoluntati seruit alienae, deus autem potest, quia ipse est legis suae disceptator et iudex; quam cum poneret, non utique ademit sibi omnem potestatem sed habet ignoscendi licentiam.

Lucius Caelius Firmianus Lactantius, *De ira Dei liber*, 19, 9 (SC 289, C. Ingremont ed., p.190, ll.39-43).

### Iudex sive iudicium (p.480)

Cum iudici dicenda sententia est, meminerit se Deum habere testem, id est, mentem suam, qua nihil homini dedit ipse Deus divinius.

Cicero 1. de officiis.

---

Cum vero iurato sententia dicenda est, meminerit deum se adhibere testem, id est, ut ego arbitror, mentem suam, qua nihil homini dedit deus ipse divinius.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 3, 44 (M. Winterbottom ed., p.126, ll.14-16).

### Iudex sive iudicium (p.480)

Est sapientia iudicis in hoc, ut non solum quid possit, sed etiam quid debeat ponderet, nec quantum sibi permissum meminerit, sed etiam quatenus commissum sit.

Cicero pro Rabirio.

---

Vbi est igitur sapientia iudicis? In hoc, ut non solum quid possit, sed etiam quid debeat, ponderet nec quantum sibi permissum meminerit solum, sed etiam quatenus commissum sit.

Marcus Tullius Cicero, *Pro C. Rabirio Postumo oratio*, 5, 12 (A.C. Clark ed., n.p., ll.26-28, 1).

### Iustitia et iustus (p.482)

Regula iustitiae manifesta est, quod a vero non deceat declinare bonum virum, nec damno iusto afficere quenquam, nec aliquid dolo annectere rei sua.

Ambrosius de officiis.

---

Regula autem iustitiae manifesta est: quod a uero declinat, uirum non decet bonum et damno iniusto adficere quemquam, nec doli aliquid adnectere fraudisue componere.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 3, 11, 73 (CCSL 15, M. Testard ed., p.181, ll.34-36).

### Iustitia et iustus (p.484)

Totius iustitiae nulla est capitalior pestis, quam eorum qui tunc quum maxime fallunt, id agunt ut boni viri videantur.

Cicero 2. de officiis.

---

Totius autem iniustitiae nulla capitalior quam eorum qui tum cum maxime fallunt id agunt ut viri boni esse videantur.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 41 (M. Winterbottom ed., p.18, ll.13-15).

### Iustitia et iustus (p.485)

Maxime ducuntur quidam ut eos iustitiae capiat oblivio, quum in imperiorum honorem, gloriae ve cupiditatem inciderint.

Cicero 1. de officiis.

---

Maxime autem adducuntur plerique ut eos iustitiae capiat oblivio cum in imperiorum honorum gloriae cupiditatem inciderunt.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 26 (M. Winterbottom ed., p.11, ll.10-12).

Iuventus (p.488)

Studia quae sunt in adolescentia, tanquam in herbis significant, quae virtutis maturitas, et quam fruges industriae sint futurae.

Cicero pro Coelio.

---

Sed ego non loquor de sapientia, quae non cadit in hanc aetatem; de impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore mentis ad gloriam; quae studia in his iam aetatibus nostris contractiora esse debent, in adolescentia vero tamquam in herbis significant quae virtutis maturitas et quantae fruges industriae sint futurae.

Marcus Tullius Cicero, *Pro M. Caelio oratio*, 31, 76 (A.C. Clark ed., n.p., ll.3-9).

Iuventus (p.488)

Est adolescentis maiores natu revereri, exque iis diligere optimos et probatissimos quorum consilio et autoritate utatur, ineuntis enim aetatis iustitia senum constituenda et regenda est prudentia.

Cicero 1. de officiis.

---

Est igitur adulescentis maiores natu vereri, exque iis diligere optimos et probatissimos quorum consilio atque auctoritate nitatur; ineuntis enim aetatis inscitia senum constituenda et regenda prudentia est.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 122 (M. Winterbottom ed., p.50, ll.19-23).

Iuventus (p.488)

Iuvenes non potest esse sapiens, quia prudentia requirit experientiam, quae indiget tempore.

Aristoles 6. ethicorum.

---

[locus nondum inuentus]

Labor (p.489)

Laborem et dolorem multi sustinent, quem tamen Deus non considerat.

Bernardus sermone de poenitente.

---

[locus nondum inuentus]

Lachrymae (p.489)

Lachrymae poenitentium cadunt in conspectum Domini.

Augustinus sermone 3. in feria natalis.

---

[locus nondum inuentus]

Lachrymae (p.489)

Lachrymae infantium testes sunt nostrae miseriae.

Augustinus homelia 10.

---

[locus nondum inuentus]

Lachrymae (p.492)

Per lachrymas argumentum desiderii quaerimus et dolorem non sequimur, sed ostendimus, nemo enim sibi tristis est.

Seneca epistola 63.

---

Quaeris unde sint lamentationes, unde inmodici fletus? Per lacrimas argumenta desiderii quaerimus et dolorem non sequimur sed ostendimus; nemo tristis sibi est.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 7, 63, 2 (L. Reynolds ed., vol.1, p.170, ll.13-16).

Laus (p.495)

Remotis obstaculis vanae opinionis scelera nuda pensentur, nuda inspiciantur, fallacia et tegmina, et vanae laudes et gloriae auferantur, et apparebunt miseriae peccatorum.

Augustinus libro 3. de civitate Dei.

---

Remotis obstaculis insanae opinionis facinora nuda cernantur, nuda pensentur, nuda iudicentur.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 3, 14 (CCSL 47, B. Dombart ed., p.76, ll.40-41).

---

Fallacia igitur tegmina et deceptoriae dealbationes auferantur a rebus, ut sincero inspiciantur examine.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 3, 14 (CCSL 47, B. Dombart ed., p.77, ll.60-61).

Liberalitas (p.500)

Modus liberalitatis tenendus est, ut quod benefacis, quotidie facere possis.

Ambrosius.

---

Sicut igitur modus liberalitatis tenendus est, ita etiam calcar. Plerumque adhibendus uidetur modus ideo ut quod benefacis, id cottidie facere possis, ne subtrahas necessitati quod indulseris effusioni; calcar propterea quia melius operatur pecunia in pauperis cibo quam in diuitis sacculo.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2, 16, 78 (CCSL 15, M. Testard ed., p.125, ll.32-37).

Liberalitas (p.503)

Liberale est serere beneficium, ut metere possis fructum.

Cicero ant. ir. in exil.

---

[locus nondum inuentus]

Liberalitas (p.503)

Liberalitate qui utuntur, benevolentiam sibi conciliant, et quod aptissimum est ad quietem vivendum, charitatem.

Cicero 2. de finibus.

---

Invitat igitur vera ratio bene sanos ad iustitiam, aequitatem, fidem, neque homini infanti aut impotenti iniuste facta conducunt, qui nec facile efficere possit quod conetur, nec obtainere si effecerit, et opes vel fortunae vel ingenii liberalitati magis conveniunt, qua qui utuntur, benvolentiam sibi conciliant et, quod aptissimum est ad quiete vivendum, caritatem, praesertim cum omnino nulla sit causa peccandi.

Marcus Tullius Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 1, 52 (C. Moreschini ed., p.23, ll.565-571).

Libertas (p.508)

Ita praeclara est recuperatio libertatis ut ne mors quidem sit fugienda repetenda libertate.

Cicero 10. Philipporum.

---

Ita praeclara est recuperatio libertatis ut ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda.

Marcus Tullius Cicero, *In M. Antonium orationes Philippicae*, 10, 10, 20 (A.C. Clark ed., n.p., ll.24-26).

### Loquacitas (p.512)

Est tempus quando nihil, est tempus quando aliquid, nullum autem est tempus in quo dicenda sunt omnia.

Hugo de disc. mon.

---

Est tempus quando nihil, et est tempus quando aliquid dicendum est, nullum vero tempus est quando dicenda sunt omnia.

Hugo de sancto Victore, *De institutione novitorum*, 16 (PL 176, col.946C).

### Magnanimitas (p.520)

Magnanimitas virtus est per quam utraque fortuna virtusque et ignominia feruntur.

Aristotles de virtutum et vitiorum divisione.

---

[locus nondum inuentus]

### Magnanimitas (pp.520-1)

Magnanimitas est pulchre ferre et foelicitatem et infoelicitatem, honorem et ignominiam, et non admirari nec delicias, nec clientelas, nec potestatem, nec victorias gymnicas, habere autem animi altitudinem et magnitudinem. Est autem magnanimus, nec vitam magnificiens, nec vitae amans, simplex porro moribus et generosus, iniuria potens laccessiri, et non vindicta; sequitur autem magnanimitatem simplicitas et veritas.

Aristotles de virtutum et vitiorum divisione.

---

[locus nondum inuentus]

Malitia (p.521)

Malitiae comes individua est miseria.

Augustinus in Psalmo 32.

---

Amant enim omnes beatitudinem; et ideo peruersi sunt homines quia mali uolunt esse, miseri nolunt; et cum sit malitiae indiuidua comes miseria, ista peruersi non solum mali esse uolunt, et miseri nolunt quod fieri non potest; sed ideo uolunt mali esse, ne miseri sint.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 32, 2, 2, 15 (CCSL 38, E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.265, ll.2-6).

Mansuetudo (p.527)

Regat disciplina rigor mansuetudinem, et mansuetudo ornet rigorem: et sic alterum commendetur ab altero, ut nec rigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.

Gregorius 19. moralium.

---

Regat ergo disciplinae uigor mansuetudinem et mansuetudo ornet uigorem; et sic alterum commendetur ex altero ut nec uigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 19, 20, 30 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.981, ll.39-41).

Mansuetudo (p.528)

Mansuetudo est virtus animosae partis, qua praediti aegre moventur ad iram.

Aristotles de virtutum et vitiorum divisione.

---

[locus nondum inuentus]

Mansuetudo (p.528)

Hominem homini nihil aliud mansuetum et mitem reddit, quam benevolentiae, iustitiae et probitatis fides.

Plutarch de polit.

---

[locus nondum inuentus]

Martyrium (p.541)

Sancti martyres praesentem vitam non despexissent, nisi certiorem animarum vitam subsequi scirent.

Gregorius dialogorum libro 4.

---

Numquidnam sancti apostoli et martyres Christi praesentem uitam despicerent, in morte carnis animas ponerent, nisi certiorem animarum uitam subsequi scirent?

Gregorius Magnus, *Dialogorum*, 4, 6, 1 (SC 265, A. de Vogüé ed., pp.38-40, ll.2-5).

Medicina (p.543)

Medicina aliquando similia similibus, aliquando contraria contrariis curat.

Gregorius 23. moralium.

---

Mos medicinae est ut aliquando similia similibus, aliquando contraria contrariis curet.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 24, 2, 2 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1189, ll.9-10).

Medicina (p.544)

Noli imitari malos medicos, qui in alienis malis profitentur se tenere medicinae scientiam, seipso curare non possunt.

Sulpitius ad Ciceronem.

---

[locus nondum inuentus]

Medicina (p.544)

Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quanvis artis praecepta percepint, quicquam magna laude dignum sine usu et exercitatione consequi possunt.

Cicero 2. de officiis.

---

Sed ut nec medici nec imperatores nec oratores, quamvis artis praecepta percepint, quicquam magna laude dignum sine usu et exercitatione consequi possunt, sic officii conservandi praecepta traduntur illa quidem, ut facimus ipsi, sed rei magnitudo usum quoque exercitationemque desiderat.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 60 (M. Winterbottom ed., p.24, ll.25-30).

Medicina (p.544)

Nulla ars inconstantior medicina, nec saepius mutatur, quum sit fructuosior nulla.

Plinius sen. libro 29.

---

[locus nondum inuentus]

Medicina (p.544)

In hac artium sola evenit, ut unicuique medicum se professo statim credatur, quum sit periculum in nullo mendacio maius.

Plinius sen. libro 29.

---

[locus nondum inuentus]

Mendacium (p.547)

Cum humilitatis causa mentitis, si non eras peccator antequam mentitus eras, mentiendo efficis quod vitaveras.

Cyprianus.

---

Cum ergo humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris quod evitaveras.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 181, 4, 5 (PL 38, col.981).

Mendacium (p.547)

Qui veritatem occultat, et qui mendacium profert, uterque reus est. Ille quia prodesse non vult, iste quia nocere desiderat.

Anselmus in epistola ad Corinthios.

---

Uterque [aeque] reus est, et qui veritatem occultat, et qui mendacium dicit: quia et ille prodesse non vult, et iste nocere desiderat.

Alcuinus, *De virtutibus et vitiis liber*, 21 (PL 101, col.629C).

### Militia (p.552)

Rei militaris virtus Praestat caeteris virtutibus, omnia nostra studia, et haec forensis laus latent in tutela ac praesidio bellicae virtutis, et simul ac increpuit tumultus, artes illico nostrae conticescunt.

Cicero pro Murena.

---

Ac nimirum – dicendum est enim quod sentio – rei militaris virtus praestat ceteris omnibus. Haec nomen populo Romano, haec huic urbi aeternam gloriam peperit, haec orbem terrarum parere huic imperio coegit; omnes urbanae res, omnia haec nostra praeclera studia et haec forensis laus et industria latet in tutela ac praesidio bellicae virtutis. Simul atque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostrae conticiscunt.

Marcus Tullius Cicero, *Pro L. Murena oratio*, 9-10, 22 (A.C. Clark ed., n.p., ll.21-28).

### Militia (p.556)

Aspero et absciso castigationis genere militaris disciplina indiget, quia vires armis constant, quae ubi a recto itinere disciverunt, oppressura sunt, nisi opprimantur.

Valerius Maximus libro 2.

---

Nam posterior Africanus everso Punico imperio exterarum gentium transfugas in edendis populo spectaculis feris bestiis obiecit, et L. Paullus, Perse rege superato, eiusdem generis et culpae homines elephantis proterendos substravit, utilissimo quidem exemplo, si tamen acta excellentissimorum virorum humiliter aestimare sine insolentiae reprehensione permittitur: aspero enim et absciso castigationis genere militari disciplina indiget, quia vires armis constant; quae ubi a recto tenore desciverint, oppressura sunt nisi opprimantur.

Valerius Maximus, *Factorum et dictorum memorabilium*, 2, 7, 13-14 (D.R. Shackleton Bailey ed., vol.1, pp.190, 192).

Mirabile sive miraculum (p.561)

Qui rei cuiuslibet investigare probabilem rationem satagit, is rerum miracula ubique tollit funditus et evertit.

Plutarch problem.

---

[locus nondum inuentus]

Misericordia (p.565)

Plurimum intereest, quo animo quisque parcat, sicut enim aliquando est misericordia puniens, ita et crudelitas parcens.

Ambrosius ad Titum 4.: Pietas ad omnia utilis est.

---

Plurimum autem interest, quo animo quisque parcat. sicut enim est aliquando misericordia puniens, ita et crudelitas parcens.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 153, 6, 17 (CSEL 44, A. Goldbacher ed., p.415, ll.3-5).

Misericordia (p.568)

Peccata aliqua minima sunt, alia magna, alia mediocria, et propterea triplici egent misericordia: parva, mediocri et magna.

Bernardus de prin. med.

---

Sicut sunt peccata minima, sunt mediocria, sunt et magna; sic est misericordia parva, mediocris, et magna.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones*, 13, 1 (SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.131, ll.4-5).

Misericordia (p.571)

Petant etiam innocentes misericordiae auxilium.

Quintilianus libro 11.

---

Non perdant haec omnia necessarium periclitanti sollicitudinis colorem petendumque etiam innocentibus misericordiae auxilium?

Marcus Fabius Quintilianus, *Institutiones oratoria*, 11, 1, 49 (M. Winterbottom ed., vol.2, p.632, ll.10-12).

Mors (p.585)

Mortem omnibus horis impendentem timens, quis tranquillo animo potest consistere?

Cicero.

---

Mortem igitur omnibus horis impendentem timens qui poterit animo consistere?

Marcus Tullius Cicero, *De senectute*, 20, 74 (T.E. Page et al. eds., p.86).

Mors (p.565)

Qui mortem non timet magnum is sibi praesidium ad beatam vitam comparavit.

Cicero 2. Tusculanis.

---

Sed tamen in vita occupata atque, ut Neoptolemi tum erat, militari pauca ipsa multum saepe prosunt et ferunt fructus, si non tantos, quanti ex universa philosophia percipi possunt, tamen eos, quibus aliqua ex parte interdum aut cupiditate aut aegritudine aut metu liberemur; velut ex ea disputatione, quae mihi nuper habita est in Tusculano, magna videbatur mortis effecta contemptio, quae non minimum valet ad animum metu liberandum: nam qui id, quod vitari non potest, metuit, is vivere animo quieto nullo modo potest; sed qui, non modo quia necesse est mori, verum etiam quia nihil habet mors quod sit horrendum, mortem non timet, magnum is sibi praesidium ad beatam vitam comparavit.

Marcus Tullius Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2, 1, 2 (T.E. Page et al. eds., pp.146-148).

Mors (p.565)

Mors terribilis est iis, quorum cum vita omnia extinguntur, non quorum laus emori non potest.

Cicero in de paradoxiis.

---

mors terribilis eis quorum cum uita omnia extinguuntur, non eis quorum laus emori non potest; exsilium ut ab improbis, demigrandum sit?

Marcus Tullius Cicero, *Paradoxa stoicorum*, 2, 18 (A.G. Lee ed., p.7).

Mulier (p.592)

Mulier nec docere potest, nec testis esse, nec fidem dicere, nec iudicare, quanto magis non potest imperare?

Augustinus in *quaestiones ex utriusque testamentis*.

---

Nec docere enim potest, nec testis esse, neque fidem dicere, neque judicare: quanto magis non potest imperare?

Auctor incertus (Augustinus Hippone?), *Quaestiones ex veteri testamento*, 45 (PL 35, col.2244).

Mulier (p.599)

Audax est ad omnia quaecunque amat vel odit foemina, et artificiosa est nocere quum vult.

Valerius in epistola ad Ruffinum.

---

Exemplo harum experimentum cape, quod audax est ad omnia quecunque amat uel odit femina, et artificiosa nocere cum uult, quod semper est; et frequenter cum iuuare parat obest, unde fit ut noceat et nolens.

Walter Map, *Dissuasio Valerii ad Ruffinum philosophum ne uxorem ducat*, 23 (M.R. James ed., p.304).

Mulier (p.599)

Mulieres facilius incorruptam antiquitatem conservant, quod multorum sermonum expertes ea tenent semper, quae prima didicerunt.

Cicero 3. de oratore.

---

equidem cum audio socrum meam Laeliam – facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conservant, quod multorum sermonis expertes ea tenent semper, quae prima didicerunt – sed eam sic audio, ut Plautum mihi aut Naevium videar audire; sono ipso vocis ita recto et simplici est, ut nihil ostentationes aut imitationis adferre videatur; ex quo sic locutum eius patrem iudico, sic maiores; non aspere, ut ille, quem dixi, non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse et aequabiliter et leviter.

Marcus Tullius Cicero, *De oratore*, 3, 12, 45 (K. Kumaniecki ed., p.279, ll.9-18).

Mulier (p.599)

Mulier quae vini usum immoderate appetit, et virtutibus omnibus ianuam claudit et vitiis perit.

Maximus libro 7.

---

et sane quaecumque femina vini usum immoderate appetit, omnibus et virtutibus ianuam claudit et delictis aperit.

Valerius Maximus, *Factorum et dictorum memorabilium*, 6, 3, 9 (D.R. Shackleton Bailey ed., vol.2, p.38).

Natura (p.609)

Naturae industria nunquam in nobis dormitet, grande profecto in nobis donum naturae ipsa est.

Bernardus in *Cantica* sermone 83.

---

Ut quid enim dormitet industria? Grande profecto in nobis donum naturae ipsa est, quae si minus suas exsequatur partes, nonne quod reliquum habet natura in nobis turpabitur, totum quasi quadam vetustatis operietur rubigine?

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 83, 2 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.299, ll.6-9).

Natura (p.609)

Multis signis natura declarat quid velit, ac quaerat, ac desideret, obsurdescimus tamen, nos eo modo, nec quae ab ea monentur audimus.

Cicero.

---

[locus nondum inuentus]

Natura (p.609)

Naturae non attinet repugnare, nec quicquam sequi quod assequi non queas, quod nihil decet, invita, quod aiunt, Minerva, id est repugnante et adversante natura.

Cicero in *de officiis*.

---

Sic enim est faciendum ut contra universam naturam nihil contendamus, ea tamen conservata propriam nostram sequamur, ut etiamsi sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia nostra nostrarae naturae regula metiamur; neque enim attinet naturae repugnare nec quicquam sequi quod adsequi non queas. Ex quo magis emergit quale sit decorum illud, ideo quia nihil decet invita Minerva, ut aiunt, id est adversante et repugnante natura.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 110 (M. Winterbottom ed., p.45, ll.13-21).

Negligentia (p.610)

Vitanda negligentia est, nam in graviore periculo est desperationis iudicium.

Bernardus in Psalmo 14. sermone 11.

---

[locus nondum inuentus]

Negligentia (p.610)

Omnis sumus in minimis cauti, in maximis negligentes, hoc ita fit, quia ubi vera vita sit ignoramus.

Hieronymus de homine perfectionis.

---

Corpusculum curavi, cum anima langueret: exteriorem hominem fovi, cum interior aegrotaret: humanis subveni, cum divina laborarent, vitio publicae consuetudinis inclinatus, quo omnes sumus in minimis cauti, et in maximis negligentes. Hocque ideo fit, quia ubi vera vita sit ignoramus.

Auctor incertus (Hieronymus Stridonensis?), *Epistolae*, 6, incip. (PL 30, col.76A).

Nobilitas (p.612)

Omnino iniquum est nobiliora ingenia studiis dehonestari minoribus, et eos quos graviora expectant officia, voluptatis ac vanitatis occupationibus agitari.

Chrysostomus de curialis nugiis.

---

[locus nondum inuentus]

Nobilitas (p.613)

De nobilitate parum laudis praedicare possum, bonus enim vir mihi nobilis videtur, qui vero non iustus est, licet a patre meliore, quam Iupiter sit, genus ducat, ignobilis mihi videtur.

Demosthenes 1. olhynh.

---

[locus nondum inuentus]

Nobilitas (p.613)

Omnis boni semper nobilitati favemus, et quia rei publicae utile est, nobiles esse homines dignos maioribus suis, et quia valere debet apud nos senex clarorum hominum de re publica meritorum, etiam mortuorum.

Cicero pro Sestio.

---

Omnis boni semper nobilitati favemus, et quia utile est rei publicae nobilis homines esse dignos maioribus suis, et quia valet apud nos clarorum hominum et bene de re publica meritorum memoria, etiam mortuorum.

Marcus Tullius Cicero, *Pro P. Sestio oratio*, 9, 21 (G. Peterson ed., n.p., ll.16-19).

Obedientia (p.618)

Corrumperit atque dissolvitur imperantis officium, si quis ad id quod facere iussus est, non obsequio debito, sed consilio non considerato respondet.

Gelliasius libro. 1.

---

Crassus eum vocari iussit et, cum interrogasset cur non quem iusserat misisset, causis rationibusque quas dictabat spretis, vestimenta detrahi imperavit virgisque multum cecidit, corrumpi atque dissolvi officium omne imperantis ratus. si quis ad id quod facere iussus est non obsequio debito, sed consilio non desiderato respondeat.

Aulus Gellius, *Noctes Atticae*, 1, 13, 13 (T.E. Page et al. eds., vol.1, p.70).

### Obstinatio (p.619)

Hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere solet, uti eo recurrent, et id cupidissime appetant, quod paulo ante contempserint.

Caesar libro 1. de bello civili.

---

Accidisse igitur his, quod plerumque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere soleat, uti eo recurrent et id cupidissime petant quod paulo ante contempserint.

Gaius Iulius Caesar, *De bello civili*, 1, 85, 4 (R. du Pontet ed., n.p., ll.19-22).

### Otiositas (p.620)

Ab otiosis ad noxia verba, a levioribus ad graviora venimus.

Gregorius in homelia 6.

---

[locus nondum inuentus]

### Otiositas (p.621)

Ingenium hominis ceu cariem et senium in otio contrahit propter obscuritatem, et muta quies vitaque sedentaria in otio semota non corporibus modo, verum etiam animis marcorem conciliat.

Plutarch.

---

[locus nondum inuentus]

### Odium (p.624)

Semper odiorum honestus occasus, et dum simultates nihil aliud habent, quam nocendi cupiditatem, speciosa in melius mutatio est.

Quintilianus declamatione 9.

---

Neque expectaveris hoc loco, pater, ut illa dicam: semper odiorum honestus occasus est, et, dum simulantes nihil aliud habent quam nocendi cupiditatem, speciosa in melius animi mutatio est cum exempli honore, iunctaeque ex hostili paene concursu in affinitatem manus.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX. maiores*, 9, 18 (L. Håkanson ed., p.192, ll.13-17).

### Oratio (p.635)

Tunc scito te omnibus cupiditatibus esse solutum, cum eo preveneris, ut Deum nihil roges, nisi quod rogare possis palam.

Seneca epistola 100.

---

Sed ut more meo cum aliquo munusculo epistulam mittam, verum est quod apud Athenodorum inveni: ‘tunc scito esse te omnibus cupiditatibus solutum, cum eo perveneris ut nihil deum roges nisi quod rogare possis palam’.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 10, 5 (L. Reynolds ed., vol.1, p.23, ll.22-25).

Patria (p.656)

Quoniam sunt omnia commoda a patria accepta nullum incommodum pro patria grave putandum est.

Cicero 1. de oratore.

---

Hoc modo igitur septem partibus tractabitur – et ab eiusdem sententiae non recedamus exemplo, ut scire possis, quam facile paeceptione rhetoricae res simplex multiplici ratione tractatur: ‘Sapiens nullum pro re p. periculum vitabit, ideo quod saepe, cum pro re p. perire noluerit, necesse erit cum re p. pereat; et, quoniam omnia sunt commoda [a] patria accepta, nullum incommodum pro patria grave putandum est.

Pseudo-Cicero, (*Rhetorica Ad C. Herennium libri sex*, 4, 56-57 (F. Marx ed., p.172, ll.15-23).

Patria (p.656)

Si contentio quaedam et comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii, principes sunt patria et parentes quorum beneficiis obligati sumus.

Cicero 2. de officiis.

---

Sed si contentio quaedam et comparatio fiat quibus plurimum tribuendum sit officii, principes sint patria et parentes, quorum beneficiis maximis obligati sumus, proximi liberi totaque domus, quae spectat in nos solos neque aliud ullum potest habere perfugium, deinceps bene convenientes propinqui, quibuscum communis eitam fortuna plerumque est.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 58 (M. Winterbottom ed., p.24, ll.1-7).

Paupertas (p.661)

Omnis qui in paupertate sunt, malunt maleficio parare divitias, quam officio parare divitias.

Cicero ad Herennium.

---

Expositio vitiosa est, cum ab aliqua aut a maiore parte ad omnes confertur id, quod non necessario est omnibus adtributum; ut si quis hoc modo exponat: ‘Omnis, qui in paupertate sunt, malunt maleficio parare divitias, quam officio paupertatem tueri.’

Pseudo-Cicero, (*Rhetorica Ad C. Herennium libri sex*, 2, 32 (F. Marx ed., p.51, ll.6-10).

Peccatum (p.673)

Praeter culpam et peccatum homini nihil potest accidere, quod sit horribile atque pertimescendum.

Cicero.

---

[locus nondum inuentus]

Poena sive punitio (p.678)

Quos ipsa natura retinere in officio non potest, ii magnitudine poenae maleficio submovendi sunt.

Cicero pro Roscio.

---

Quanto nostri maiores sapientius! qui cum intellegent nihil esse tam sanctum quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas singulare excogitaverunt ut, quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ei magnitudine poenae maleficio summoverentur.

Marcus Tullius Cicero, *Pro Sex. Roscio Amerino oratio*, 25, 70 (A.C. Clark ed., n.p., ll.18-23).

Poena sive punitio (p.678)

Est utilius unius improbi suppicio multorum improbitatem coercere, quam propter multos improbos uni parcere.

Cicero 5. actione in Verrem.

---

Desinite dubitare utrum sit utilius propter multos improbos uni parcere, an unius improbi suppicio multorum improbitatem coercere.

Marcus Tullius Cicero, *Actionis in C. Verrem secundae*, 3, 89, 208 (G. Peterson ed., n.p., ll.21-23).

Philosophus (p.695)

Cum tota philosophia fructifera et fructuosa, nec ulla pars eius inculta ac deserta sit, tum nullus in ea feracior locus, nec uberior, quam de officiis, a quibus constanter honesteque vivendi praecepta ducuntur.

Cicero 3. de officiis.

---

Sed cum tota philosophia, mi Cicero, frugifera et fructuosa nec ulla pars eius inculta ac deserta sit, tum nullus feracior in ea locus est nec uberior quam de officiis, a quibus constanter honesteque vivendi praecepta ducuntur.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 3, 5 (M. Winterbottom ed., p.110, ll.19-23).

Philosophus (p.695)

Est laudatarum artium omnium procreatrix et quasi parens ea, quam Graeci philosophiam vocant.

Cicero 2. de oratore.

---

neque enim te fugit laudandarum atrium omnium procreatricem quandam et quasi parentem eam quam ΦιλοσΦίαν Graeci vocant ad hominibus doctissimis iudicari, in qua difficile est numerare quot viri quanta scientia quantaque in suis studiis varietate et copia fuerint qui non una aliqua in re separatim elaborarint, sed omnia quaecumque possent vel scientiae pervestigatione vel disserendi ratione comprenderint.

Marcus Tullius Cicero, *De oratore*, 1, 3, 9 (K. Kumaniecki ed., p.4, ll.10-18).

Philosophus (p.696)

Philosophia nihil aliud est, si recte interpretari volumus, quam studium sapientiae.

Cicero 2. de officiis.

---

Hanc igitur qui expetunt philosophi nominantur, nec quicquam aliud est philosophia, si interpretari velis, praeter studium sapientiae.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 2, 5 (M. Winterbottom ed., p.69, ll.20-23).

Philosophus (p.696)

Cultura animi philosophia est, quae extrahit vitia radicitus et praeparat animos ad status accipiendo.

Cicero 2. tusculanis.

---

Cultura autem animi philosophia est: haec extrahit vitia radicitus et praeparat animos ad status accipiendo eaque mandat iis et, ut ita dicam, serit, quae adulta fructus uberrimos ferant.

Marcus Tullius Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2, 5, 13 (T.E. Page et al. eds., pp.158, 160).

Pietas (p.699)

Pietate erga deos sublata, fides etiam ac societas generis humani, una excellentissima virtus iustitia tollatur necesse est.

Cicero 2. de natura deorum.

---

in specie autem fictae simulationis sicut reliquae virtutes item pietas inesse non potest; cum qua simul sanctitatem et religionem tolli necesse est, quibus sublatis perturbatio vitae sequitur et magna confusio; atque haut scio an pietate adversus deos sublata fides etiam et societas generis humani et una excellentissima virtus iustitia tollatur.

Marcus Tullius Cicero, *De natura deorum*, 1, 3-4 (W. Ax ed., pp.2-3, ll.26-31, 1-2).

Promissio (p.734)

Pacta semper et promissa sunt quae nec vi nec dolo malo facta sunt. Illa servanda non sunt, quae non sunt ipsis utilia, quibus illa promiseris.

Cicero 3. de officiis.

---

Pacta et promissa semperne servanda sint, QUAE NEC VI NEC DOLO MALO, ut praetores solent, FACTA SINT.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 3, 92 (M. Winterbottom ed., p.148, ll.7-8).

---

Ac ne illa quidem promissa servanda sunt quae non sunt iis ipsis utilia quibus illa promiseris.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 3, 94 (M. Winterbottom ed., p.149, ll.3-4).

## Promissio (p.734)

Promissa servanda non sunt, si tibi plus noceant, quam illi prosint cui promiseris.

Cicero 1. de officiis.

---

Nec promissa igitur servanda sunt ea quae sint iis quibus promiseris inutilia, nec, si plus tibi ea noceant quam illi prosint cui promiseris, contra officium est maius anteponi minori: ut, si constitueris cuiquam te advocatum in rem praesentem esse venturum atque interim graviter aegrotare filius cooperit, non sit contra officium non facere quod dixeris, magisque ille cui promissum sit ab officio discedat si se destitutum queratur.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 32 (M. Winterbottom ed., p.13, ll.23-31).

## Prosperitas (p.740)

Ut adversas, sic secundas res immoderate ferre, levitatis est, praeclaraque est aequabilitas in omni vita, et idem semper vultus eademque frons.

Cicero 2. de officiis.

---

Nam ut adversas res, sic secundas immoderate ferre levitatis est, praeclaraque est aequabilitas in omni vita et idem semper vultus eademque frons, ut de Socrate idemque de C. Laelio accepimus.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 90 (M. Winterbottom ed., pp.36-37, ll.24-26, 1-2).

### Providentia sive prudentia (p.742)

In prudentia duo vitia vitanda sunt, ne incognita pro cognitis habeamus, ipsisque temere assentiamus, quod vitium effugere qui velit, omnes autem velle debent, adhibebit ad considerandas res et tempus et diligentiam; alterum est vitium, quod quidam magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt, easque non necessarias.

Cicero 1. de officiis.

---

In hoc genere et naturali et honesto duo vitia vitanda sunt, unum ne incognita pro cognitis habeamus hisque temere adsentiamur, quod vitium effugere qui volet (omnes autem velle debent) adhibebit ad considerandas res et tempus et diligentiam. Alterum est vitium, quod quidam nimis magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt easdemque non necessarias.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 18-19 (M. Winterbottom ed., p.8, ll.20-26).

### Religio (p.768)

Cum in amicitia qua honesta non sunt, postulantur, religio et fides anteponantur amicitiae.

Cicero de officiis 3.

---

Cum autem in amicitia quae honesta non sunt postulabuntur, religio et fides anteponatur amicitiae.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 3, 46 (M. Winterbottom ed., p.127, ll.9-10).

Religio (p.768)

Omnis religione moventur et deos patrios, quos a moribus acceperunt, colendos sibi diligenter et retinendos arbitrantur.

Cicero 6. actione in Verrem.

---

Non ita est, iudices, primum quod omnes religione moventur et deos patrios quos a maioribus acceperunt colendos sibi diligenter et retinendos esse arbitrantur; deinde hic ornatus, haec opera atque artifia, signa, tabulae pictae Graecos homines nimio opere delectant.

Marcus Tullius Cicero, *Actionis in C. Verrem secundae*, 4, 59, 132 (G. Peterson ed., n.p., ll.6-10).

Religio (p.768)

Religiones pie magis quam magnifice coli debent.

Livius 1. decad. libro 2.

---

[locus nondum inuentus]

Salus (p.795)

Incredibile est alicui tantam ignaviam esse insitam ut salutem suam negligat.

Demosthenes 1. Olynth.

---

[locus nondum inuentus]

Salus (p.795)

Homines ad deos nulla re proprius acedunt quam salutem hominibus dando.

Cicero prologo Manil.

---

Homines enim ad deos nulla re proprius accedunt quam salutem hominibus dando.

Marcus Tullius Cicero, *Pro Q. Ligario oratio*, 12, 38 (A.C. Clark ed., n.p., ll.10-11).

Sapientia vel scientia (p.805)

Sapientia est rerum divinarum humanarumque scientia cognitioque, quae cuiusque rei causa sit, ex quo efficitur, ut divina imitetur; humana omnia inferiora virtute ducat.

Cicero 4. tusculanis.

---

Libidinosum igitur et iracundiam et anxium et timidum censemus esse sapientem? de cuius excellentia multa quidem dici quamvis fuse lateque possunt, sed brevissime illo modo, sapientiam esse rerum divinarum et humanarum scientiam cognitionemque, quae cuiusque rei causa sit; ex quo efficitur, ut divina imitetur, humana omnia inferiora virtute ducat.

Marcus Tullius Cicero, *Tusculanae disputationes*, 4, 26, 57 (T.E. Page et al. eds., pp.390, 392).

Sapientia vel scientia (p.805)

Sapientia ars vivendi putanda est, quae moestitiam pellit ex animis, quae exhorrescere metu non sinit, qua praeceptrice in tranquillitate vivi potest, cupiditatum ardore restincto.

Cicero 2. de finibus.

---

Ut enim medicorum scientiam non ipsius artis, sed bonae valetudinis causa probamus, et gubernatoris ars, quia bene navigandi rationem habet, utilitate, non arte laudatur, sic sapientia, quae ars vivendi putanda est, non expeteretur, si nihil efficaret: nunc expetitur, quod est tamquam artifex conquirendae et comparandae voluptatis (Quam autem ego dicam voluptatem, iam videtis, ne invidia verbi labefactetur oratio mea). Nam cum ignorantie rerum bonarum et malarum maxime hominum vita vexetur, ob eumque errorem et voluptatibus maximis saepe priventur et gravissimis animi doloribus torqueantur, sapientia est adhibenda, quae et terroribus cupiditatibusque detractis et omnium falsarum opinionum temeritate derepta certissimam se nobis ducem praebeat ad voluptatem. Sapientia enim est una, quae maestitiam pellat ex animis, quae nos exhorrescere metu non sinat. Qua praeceptrice in tranquillitate vivi potest omnium cupiditatum ardore restincto.

Marcus Tullius Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 1, 42-43 (C. Moreschini ed., pp.19-20, ll.464-478).

Senectus (p.825)

Omnium aetatum certus est terminus, senectutis autem nullus certus est.

Cicero in Catalinam.

---

Senectutis autem nullus est certus terminus, recteque in ea vivitur, quoad munus offici exequi et tueri possit mortemque contemnere, ex quo fit ut animosior etiam senectus sit quam adulescentia et fortior.

Marcus Tullius Cicero, *De senectute*, 20, 72 (T.E. Page et al. eds., p.82).

Senectus (p.825)

Senibus labores corporis sunt minuendi, exercitationes animi augeri videntur.

Cicero 1. de officiis.

---

Senibus autem labores corporis minuendi, exercitationes animi etiam augendae videntur, danda vero opera ut et amicos et iuventutem et maxime rempublicam consilio et prudentia quam plurimum adiuvent.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 123 (M. Winterbottom ed., p.51, ll.1-4).

Servitus (p.827)

Servitus est obedientia fracti animi et abiecti arbitrio carentis suo.

Cicero in paradoxiis.

---

non enim ita dicunt eos esse seruos ut mancipia, quae sunt dominorum facta nexo aut aliquo iure ciuili; sed si seruitus sit, sicut est, oboedientia fracti animi et abiecti et arbitrio carentis suo, quis negat omnes leues omnes cupidos, omnes denique improbos, esse seruos?

Marcus Tullius Cicero, *Paradoxa stoicorum*, 5, 35 (A.G. Lee ed., pp.15-16).

Servitus (p.827)

Cum omnis servitus est misera, tum vero intolerabile servire impuro, impudico et effeminato.

Cicero Philipicorum 3.

---

Cum autem est omnis servitus misera, tum vero intolerabile est servire impuro, impudico, effeminato, numquam ne in metu quidem sobrio.

Marcus Tullius Cicero, *In M. Antonium orationes Philippicae*, 3, 5, 12 (A.C. Clark ed., n.p., ll.20-22).

Sobrietas (p.836)

Sobrietas virtus est appetentis per quem pravae voluptates non appetuntur quidem.

Aristoteles de virtutum et vitium divisione.

---

[locus nondum inuentus]

Societas (p.838)

Socii putandi sunt quos inter res communicata est.

Cicero actione 5. in Verrem.

---

Nam socii putandi sunt quos inter res communicata est: ego rem totam fortunasque  
aratorum omnis istius fuisse dico, Apronium Veneriosque servos, - quod isto praetore fuit  
novum genus publicanorum, - ceterosque decumanos procuratores istius quaestus et  
administros rapinarum fuisse dico.

Marcus Tullius Cicero, *Actionis in C. Verrem secundae*, 3, 20, 50 (G. Peterson ed., n.p.,  
ll.28-29, 1-4).

Societas (p.838)

In rebus humanis socium fallere turpissimum est, propterea quod se putat auxilium sibi  
adiunxisse, qui cum altero rem communicaverit.

Cicero pro Roscio.

---

In rebus minoribus socium fallere turpissimum est aequaque turpe atque illud de quo ante  
dixi; neque iniuria, propterea quod auxilium sibi se putat adiunxisse qui cum altero rem  
communicavit.

Marcus Tullius Cicero, *Pro Sex. Roscio Amerino oratio*, 40, 116 (A.C. Clark ed., n.p.,  
ll.23-27).

Societas (p.838)

Aequo perfidiosum est et nefarium fidem frangere quae continet vitam, et pupillum fraudare qui in tutelam pervenit, et socium fallere, qui se in negotio adiunxit.

Cicero pro Roscio.

---

Aequo enim perfidiosum et nefarium est fidem frangere quae continent vitam, et pupillum fraudare qui in tutelam pervenit, et socium fallere qui se in negotio coniunxit.

Marcus Tullius Cicero, *Pro Q. Roscio Comoedo oratio*, 6, 16 (A.C. Clark ed., n.p., ll.19-21).

Spes (p.852)

O fallacem hominum spem fragilemque fortunam, et inanes nostras contentiones, quae in medio spatio saepe franguntur et corruunt, et ante in ipso portu obruuntur, quam portum conspicere potuerunt.

Cicero 3. de oratore.

---

o fallacem hominum spem fragilemque fortunam et inanis nostras contentiones! quae medio in spatio saepe franguntur et corruunt aut ante in ipso cursu obruuntur, quam portum conspicere potuerunt.

Marcus Tullius Cicero, *De oratore*, 3, 2, 7 (K. Kumaniecki ed., pp.264-5, ll.20, 1-3).

Spes (p.852)

Sola spes hominem in miseriis consolari solet.

Cicero in Catelinam.

---

Adiungit gravem poenam municipiis, si quis eorum vincula ruperit; horribilis custodias circumdat et dignas scelere hominum perditorum; sancit ne quis eorum poenam quos condemnat aut per senatum aut per populum levare possit; eripit etiam spem quae sola hominem in miseriis consolari solet.

Marcus Tullius Cicero, *In L. Catilinam orationes*, 4, 4, 8 (A.C. Clark ed., n.p., ll.23-29).

Studium (p.862)

Studium unicum doloris levamentum est.

Plinius Iunior libro 8.

---

Itaque et infirmitate uxoris et meorum periculo, quorundam uero etiam morte turbatus, ad unicum doloris leuamentum studia confugi, quae praestant ut aduersa magis intellegam sed patientius feram.

C. Plinius Caecilius Secundus (Iunior), *Epistolae*, 8, 19, 1 (R.A.B. Mynors ed., p.249, ll.16-19).

Studium (pp.862-3)

Ut in vita, sic in studiis, pulcherrimum et humanissimum existimo severitatem comitatemque miscere, ne illa in tristitiam, haec in petulantiam procedat.

Plinius Iunior libro 8.

---

Vt in uita sic in studiis pulcherrimum et humanissimum existimo seueritatem comitatemque miscere, ne illa in tristitiam, haec in petulantiam excedat.

C. Plinius Caecilius Secundus (Iunior), *Epistolae*, 8, 21, 1 (R.A.B. Mynors ed., p.251, ll.23-25).

Stultitia (p.863)

Stulti desiderant absentia, praesentia vero etsi meliora praeteritis, negligunt.

Democritus apud Stobaeum.

---

[locus nondum inuentus]

Stultitia (p.863)

Stultus dives mancipium aureum.

Socrates apud Stobaeum.

---

[locus nondum inuentus]

Stultitia (p.863)

Omnium malorum stultitia est mater.

Cicero de Pet.

---

Item vitiosa expositio est, quae nimium longe repetitur, hoc modo: ‘Omnium malorum stultitia est mater atque materies.’

Pseudo-Cicero, (*Rhetorica Ad C. Herennium libri sex*, 2, 34 (F. Marx ed., p.53, ll.13-16).

Stultitia (p.863)

Multa sunt incommode, quae sapientes commodorum compensatione leniunt, stulti nec vitare venientia possunt, nec ferre praesentia.

Cicero 2. de natura deorum.

---

at primum causa non fuit cur de improbis bene mereretur; deinde quid est adsecutus, cum omnes stulti sint sine dubio miserrimi, maxime quod stulti sunt (miserius enim stultitia quid possumus dicere), deinde quod ita multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes commodorum compensacione leniant, stulti nec vitare venientia possint nec ferre praesentia.

Marcus Tullius Cicero, *De natura deorum*, 1, 23 (W. Ax ed., p.10, ll.5-12).

Superbia (p.873)

Superbia commune nobilitatis malum.

Sallust in bello Iugurthino.

---

Quo quamquam uirtus, gloria atque alia optanda bonis superabant, tamen inerat contemptor animus et superbia, commune nobilitatis malum.

Gaius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 64, 1 (L.D. Reynolds ed., p.107, ll.9-11).

Superbia (p.873)

Superbiae et crudelitati si serae, non tamen lenes veniunt poenae.

Livius 1. Dec. libro 3.

---

Et dum pro se quisque deos tandem esse et non neglegere humana fremunt et superbiae crudelitatique etsi seras, non leues tamen uenire poenas – prouocare qui prouocationem sustulisset, et implorare praesidium populi qui omnia iura populi obtrisset, rapique in uincla egentem iure libertatis qui liberum corpus in seruitutem addixisset, – ipsius Appi inter contionis murmur fidem populi Romani implorantis uox audiebatur: maiorum merita in rem publicam domi militiaeque commemorabat, suum infelix erga plebem Romanam studium, quo aequandarum legum causa cum maxima offensione patrum consulatu abisset, suas leges, quibus manentibus lator earum in uincla ducatur.

Titus Livius, *Ab urbe condita*, 3, 56, 7-9 (C.F. Walters et R.S. Conway eds., vol.1, n.p.).

Taciturnitas (p.877)

Nunquam me poenituit tacuisse, quod loquutus sim saepe.

Simonides apud Plutarch de tuen. bo. val.

---

[locus nondum inuentus]

Taciturnitas (p.877)

Magna est sapientia tempestivum silentium, et omni certe sermone praestantius.

Plutarch de edu. liber.

---

[locus nondum inuentus]

Temperantia (p.879)

Temperantia est quae in rebus aut fugiendis aut expetendis, ut rationem sequamur monet, quae animis pacem affert, et eos quasi quadam concordia lenit ac placat.

Cicero de finibus.

---

Eademque ratione ne temperatiam quidem propter se expetendam esse dicemus, sed quia pacem animis afferat et eos quasi concordia quadam placet ac leniat. Temperantia est enim, quae in rebus aut expetendis aut fugiendis ut rationem sequamur monet.

Marcus Tullius Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 1, 47 (C. Moreschini ed., p.21, ll.502-506).

Tempus sive temporale (p.887)

Nihil est quod longinquitas temporis efficere non possit.

Cicero 2. de divinatione.

---

nihil est autem quod non longinquitas temporum excipiente memoria prodendisque monumentis efficere atque adsequi possit.

Marcus Tullius Cicero, *De divinatione*, 1, 7, 12 (W. Ax ed., p.6, ll.16-18).

Tempus sive temporale (p.887)

Tempori cedere, id est, necessitati patere semper sapientis est habitum.

Cicero Mar. Marc.

---

primum tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum.

Marcus Tullius Cicero, *Ad familiares epistolae*, 4, 9, 2 (D.R. Shackleton Bailey ed., p.114, ll.2-3).

Tempus sive temporale (p.887)

Horae cedunt, dies, et menses et anni, nec praeteritum tempus unquam revertitur, nec quod sequatur sciri potest.

Cicero Mar. Marc.

---

Horae quidem cedunt et dies et menses et anni, nec praeteritum tempus umquam revertitur nec quid sequatur sciri potest.

Marcus Tullius Cicero, *De senectute*, 19, 69 (T.E. Page et al. eds., p.80).

Testimonium (p.889)

Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem; qui audiunt, audita dicunt; qui vident, plane sciunt.

Plautus in Truculento.

---

non laudandust cui plus credit qui audit quam ille qui videt: puris est oculatus testis unus quam auriti decem; qui audiunt audita dicunt, qui vident plane sciunt.

Titus Maccus Plautus, *Truculentus*, 2, 6 (T.E. Page et al. eds., p.272, ll.488-490).

Timor (pp.893-4)

Malus custos diuturnitatis est metus contraque benevolentia fidelis ad perpetuitatem; id igitur amplectamur, ut metus absit, charitas retineatur.

Cicero in Tusculanis quaestionibus.

---

Malus enim custos diuturnitatis metus, contraque benivolentia fidelis vel ad perpetuitatem.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 2, 23 (M. Winterbottom ed., p.77, ll.19-21).

---

Quod igitur latissime patet, neque ad incolumentem solum sed etiam ad opes et potentiam valet plurimum, id amplectamur, ut metus absit, caritas retineatur.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 2, 24 (M. Winterbottom ed., p.78, ll.4-7).

Venia (p.906)

Plurimum interest quo animo quisque parcat, sicut enim aliquando est misericordia puniens, ita et crudelitas parcens.

Augustinus ad Maced. epistola 64.

---

Plurimum autem interest, quo animo quisque parcat. sicut enim est aliquando misericordia puniens, ita et crudelitas parcens.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 153, 6, 17 (CSEL 44, A. Goldbacher ed., p.415, ll.3-5).

Venia (p.906)

Cito parcendum est iniurianti, ne veniae viam tibi intercludas.

Augustinus libro 4. de civitate Dei.

---

[locus nondum inuentus]

Venia (p.906)

Veniam delicti assequutus, si iterum peccat, gravius iudicium sibi praeparat.

Basilus in sum. mora.

---

[locus nondum inuentus]

Venia (p.906)

Si humilis ad petendum veniam, facilis ad dandam, et sic membra erunt in pace.

Bernardus de ver. apost. sermone 1.

---

Si igitur recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid adversum te, sis humilis ad veniam petendam; si tu habes adversus illum, sis facilis ad dandam, et OMNIA MEMBRA ERUNT IN PACE.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones*, 19, 6 (SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.164, ll.9-11).

Venia (p.907)

Iudex veniam dare peccatis non potest, quia voluntati servit alienae, Deus autem potest quia legis suae dispensator ac iudex.

Tertullianus.

---

Iudex peccatis dare non potest ueniam, qui uoluntati seruit alienae, deus autem potest, quia ipse est legis suae disceptator et iudex; quam cum poneret, non utique ademit sibi omnem potestatem sed habet ignoscendi licentiam.

Lucius Caelius Firmianus Lactantius, *De ira Dei liber*, 19, 9 (SC 289, C. Ingremseau ed., p.190, ll.39-43).

Venia (p.908)

Venia ultione malior est, illa nanque mitis est ingenii, haec autem, ferini.

Apud Stobaeum.

---

[locus nondum inuentus]

Verecundia (p.912)

Custos virtutum omnium de decus fugiens, et laudem maximam consequens, vercundia est.

Cicero de oratore.

---

Custos vero virtutum omnium dedecus fugiens laudemque maxime consequens verecundia est.

Marcus Tullius Cicero, *De partitione oratoria*, 23, 79 (T.E. Page et al. eds., p.368).

Veritas (p.915)

Tantam semper potentiam veritas habuit, ut nullis machinis, aut cuiusquam hominis ingenio, aut ante subverti potuerit, et licet in causa nullum patronum aut defensorem obtineat, tamen per seipsam defenditur.

Cicero in Vati.

---

[locus nondum inuentus]

Veritas (p.916)

Multorum improbitate depressa veritas emergit, et innocentiae defensio interclusa respirat.

Cicero pro Cluentio.

---

Hoc uno modo, iudices, saepe multorum improbitate depressa veritas emergit et innocentiae defensio interclusa respirat, quod aut ei qui in fraude callidi sunt non tantum audent quantum excogitant, aut ei quorum eminent audacia atque projecta est a consiliis malitiae deseruntur.

Marcus Tullius Cicero, *Pro A. Cluentio oratio*, 65, 183 (A.C. Clark ed., n.p., ll.21-26).

Veritas (p.916)

Est interdum ita perspicua veritas ut eam infirmare nulla res possit, interdum tamen est adhibenda vis veritati ut eruatur.

Cicero pro Cluentio.

---

Hic ego, si Crassi omnes cum Antoniis exstant, si tu, L. Philippe, qui inter illos florebas, hanc causam voles cum Hortensio dicere, tamen superior sim necesse est; non enim, quem ad modum putatis, omnia sunt in eloquentia; est quaedam tamen ita perspicua veritas ut eam infirmare nulla res possit.

Marcus Tullius Cicero, *Pro P. Quinctio oratio*, 26, 80 (A.C. Clark ed., n.p., ll.15-20).

---

Qui inter tot annos ne appellari quidem Quinctium, cum potestas esset agendi cotidie, qui, quo tempore primum agere coepit, in vadimoniis differendis tempus omne consumpscerit, qui postea vadimonium quoque missum fecerit, hunc per insidias vi de agro communi deiecerit, qui, cum de re agendi nullo recusante potestas fuisse, sponsonem de probro facere maluerit, qui, cum revocetur ad id iudicium unde haec nata sunt omnia, condicionem aequissimam repudiet, fateatur se non pecuniam sed vitam et sanguinem petere, is non hoc palam dicit: ‘mihi si quid deberetur, peterem atque adeo iam pridem abstulisse; nihil hoc tanto negotio, nihil tam invidioso iudicio, nihil tam copiosa advocatione uterer, si petendum esset; extorquendum est invito atque ingratis; quod non debet, eripiendum atque exprimendum est; de fortunis omnibus P. Quinctius deturbandus est; potentes, diserti, nobiles omnes advocandi sunt; adhibenda vis est veritati, minae iacentur, pericula intendantur, formidines opponantur, ut his rebus aliquando victus et perterritus ipse se dedat?’

Marcus Tullius Cicero, *Pro P. Quinctio oratio*, 14, 46-47 (A.C. Clark ed., n.p., ll.6-25).

Veritas (p.916)

Pueritia, somnus, imprudentia, violentia, insania eius generis sunt a quibus saepissime veritas auditur.

Cicero in topicis.

---

Cuius generis etiam illa sunt ex quibus verum nonnumquam invenitur, pueritia, somnus, imprudentia, vinolentia, insania.

Marcus Tullius Cicero, *Topica*, 20, 75 (E.H. Warmington ed., p.440).

Veritas (p.916)

Hominis est proprie veri inquisitio atque investigatio.

Cicero 1. de officiis.

---

In primisque hominis est propria veri inquisitio atque investigatio.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 13 (M. Winterbottom ed., p.6, ll.18-19).

Vitium (p.919)

Vitia nostra quae amamus defendimus, et malum excusare illa quam excutere.

Seneca epistola 117.

---

Immo mehercules aliud est in re: vitia nostra quia amamus defendimus et malum excusare illa quam excutere.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 19, 116, 8 (L. Reynolds ed., vol.2, p.494, ll.17-19).

Vitium (p.919)

Serpunt vitia, et contractu nocent, et in proximum quenque transiliunt.

Seneca de tranquillitate vitae.

---

Quos scilicet uacuos, quantum fieri poterit, a cupiditatibus eligemus; serpunt enim uitia et in proximum quemque transiliunt et contactu nocent.

Lucius Annaeus Seneca, *De tranquillitate animi*, 7, 3 (L.D. Reynolds ed., p.220, ll.21-24).

Virtus (p.925)

Virtus nihil aliud est, quam in se perfecta et ad summum perducta natura.

Cicero 2. de legibus.

---

Iam vero virtus eadem in homine ac deo est, neque alio ullo in genere praeterea; est autem virtus nihil aliud nisi perfecta et ad summum perducta natura: est igitur homini cum deo similitudo.

Marcus Tullius Cicero, *De legibus*, 1, 25 (N. Rudd & T. Wiedemann eds., pp.31-2, ll.25-27, 1-2).

Virtus (p.925)

Qui virtutem praetio metiuntur nullam virtutem sed malitiam putant.

Cicero 1. de legibus.

---

Ut enim quisque maxume ad suum commodum refert quaecumque agit, ita minime est vir bonus, ut qui virtutem praemio metiuntur, nullam virtutem nisi malitiam putent.

Marcus Tullius Cicero, *De legibus*, 1, 49 (N. Rudd & T. Wiedemann eds., p.43, ll.16-19).

Virtus (p.925)

Nulla potest esse virtus nisi gratuita, nam quae voluptate, quasi mercede aliqua ad officium impellitur, ea non virtus, sed fallax imitatio, et simulatio virtutis est.

Cicero 5. Tusculanis.

---

Alteram si sequare, multa ruunt et maxime communitas cum hominum genere, caritas amicitia iustitia, reliquae virtutes, quarum esse nulla potest nisi erit gratuita, nam quae voluptate quasi mercede aliqua ad officium impellitur, ea non est virtus sed fallax imitatio simulatioque virtutis.

Marcus Tullius Cicero, *Academica*, 2, 46, 140 (T.E. Page et al. eds., p.648).

Virtus (p.925)

Nesciunt multi nesciunt quantas vires virtus habeat, nomen virtutis tantum usurpant, quid ipsis valeat ignorant.

Cicero Parad. 11.

---

[locus nondum inuentus]

Virtus (p.925)

Sola virtus in sua potestate est, omnia praeter eam subiecta sunt fortuane dominationi.

Cicero ad Herennium.

---

[locus nondum inuentus]

Virtus (p.925)

Virtus in tempestate saeva quieta est, et lucet in tenebris, et pulsa loco, manet tamen, atque haeret in patria, splendetque per se semper, nec alienis nunquam sordibus absolescit.

Cicero pro Sestio.

---

At etiam eo negotio M. Catonis splendorem maculare voluerunt ignari quid gravitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret, quae in tempestate saeva quieta est et lucet in tenebris et pulsa loco manet tamen atque haeret in patria splendetque per sese semper neque alienis umquam sordibus obsolescit.

Marcus Tullius Cicero, *Pro P. Sestio oratio*, 28, 60 (G. Peterson ed., n.p., ll.18-23).

Vita humana praesens (p.930)

Nemo est tam demens, tamque parum de se cogitans, qui alienam vitam magis quam suam diligit.

Cicero in Vatin.

---

[locus nondum inuentus]

Voluntas (p.937)

Ut promptam ad res gerendas voluntatem frangere, non est honestum, ita quum illa nos relinquit, impetu violentia non est opprimenda.

Plutarch utr. seniger. sit resp.

---

[locus nondum inuentus]

Voluptas (p.938)

Malorum esca voluptas qua homines capiuntur ut hamo pisces.

Cicero in Cat. mai.

---

Sed si aliquid dandum est voluptati, quoniam eius blanditiis non facile obsistimus, divine enim Plato “escam malorum” appellat voluptatem quod ea videlicet homines capiantur ut pisces, quamquam immoderatis epulis caret senectus, modicis tamen conviviis delectari potest.

Marcus Tullius Cicero, *De senectute*, 13, 44 (T.E. Page et al. eds., p.54).

Voluptas (p.938)

In voluptatis regno non potest virtus consistere.

Cicero in Cat. mai.

---

Nec enim libidine dominante temperantiae locum esse, neque omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere.

Marcus Tullius Cicero, *De senectute*, 12, 41 (T.E. Page et al. eds., p.50).

Voluptas (p.938)

Imitatrix est boni voluptas, malorum mater omnium, cuius blanditiis corrumpuntur quae natura bona sunt.

Cicero 2. de legibus.

---

Animis omnes tenduntur insidiae, vel ab iis quos modo enumeravi, qui teneros et rudes quom acceperunt, inficiunt et flectunt ut volunt, vel ab ea quae penitus in omni sensu implicata insidet, imitatrix boni voluptas, malorum autem mater omnium; quoius blanditiis corrupti, quae natura bona sunt, quia dulcedine hac et scabie carent, non cernunt satis.

Marcus Tullius Cicero, *De legibus*, 1, 47 (N. Rudd & T. Wiedemann eds., p.42, ll.19-25).

Voluptas (p.938)

Impedit consilium voluptas, et rationi inimica est, ac mentis, ut ita dicam, perstringit oculos.

Cicero in Cat. mai.

---

Impedit enim consilium voluptas, rationi inimica est, mentis ut ita dicam praestringit oculos, nec habet ullum cum virtute commercium.

Marcus Tullius Cicero, *De senectute*, 12, 42 (T.E. Page et al. eds., p.50).

Voluptas (p.938)

Nemo est dignus nomine hominis qui unum diem totum velit esse in voluptate.

Cicero 2. de finibus.

---

Quis est autem dignus nomine hominis, qui unum diem totum velit esse in genere isto voluptatis?

Marcus Tullius Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 2, 114 (C. Moreschini ed., p.85, ll.1299-1300).

Voluptas (p.938)

Quo maior est voluptas, eo magis mentem a sua sede statuque dimovet.

Cicero 1. paradoxiis.

---

atqui si uoluptas, quae plurimorum patrociniis defenditur, in rebus bonis habenda non est, eaque, quo est maior eo magis mentem ex sua sede et statu demouet, profecto nihil est aliud bene et beate uiuere nisi honeste et recte uiuere.

Marcus Tullius Cicero, *Paradoxa stoicorum*, 1, 15 (A.G. Lee ed., p.6).

Voluptas (p.938)

Fluit voluptas et prima quaeque evolat, saepiusque relinquit causas paenitendi, quam recordandi.

Cicero 2. de finibus.

---

Fluit igitur voluptas corporis et prima quaeque avolat saepiusque relinquit causam paenitendi quam recordandi.

Marcus Tullius Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 2, 106 (C. Moreschini ed., p.82, ll.1218-1220).

Voluptas (p.938)

Omnibus in rebus voluptatibus maxime finitimum fastidium est.

Boethius libro 3. de consolatione.

---

Sic omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium finitimum est ; quo hoc minus in oratione miremur in qua vel ex poetis vel oratoribus possumus iudicare concinnam, distinctam, ornatam, festivam, sine intermissione, sine reprehensione, sine varietate, quamvis claris sit coloribus picta vel poesis vel oratio, non posse in delectatione esse diuturna.

Marcus Tullius Cicero, *De Oratore*, 3, 25, 100 (A.S. Wilkins ed., n.p., ll.31, 1-5).

Utilitas (p.941)

Omnes expetimus utilitatem ad eamque rapimur, nec facere aliter ullo modo possumus, nam quis est qui vitia fugiat? Aut quis potius qui ea non studiose persequatur?

Cicero 3. de officiis.

---

Omnes enim expetimus utilitatem ad eamque rapimur, nec facere aliter ullo modo possumus. Nam quis est qui utilia fugiat? aut quis potius qui ea non studiosissime persequatur?

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 3, 101 (M. Winterbottom ed., p.152, ll.12-15).

Utilitas (p.942)

Nemo est quin putet expetendam esse maxime dignitatem, sed vincit utilitas plerunque.

Cicero 2. de oratore.

---

nemo est enim, praesertim in tam clara civitate, quin putet expetendam maxime dignitatem; sed vincit utilitas plerumque, cum subest ille timor, ea neglecta ne dignitatem quidem posse retineri.

Marcus Tullius Cicero, *De oratore*, 2, 82, 334 (K. Kumaniecki ed., p.247, ll.3-6).

Utilitas (p.942)

Cum utilitas ad se rapere, honestas contra, revocare ad se videtur, fit, ut distrahatur deliberando animus, afferatque alicipitem cogitandi curam.

Cicero 11. de officiis.

---

Cum enim utilitas ad se rapere, honestas contra revocare ad se videtur fit ut distrahatur in deliberando animus adferatque alicipitem curam cogitandi.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 9 (M. Winterbottom ed., p.5, ll.10-12).

Utilitas (p.942)

Nostrae utilitates nobis omittendae non sunt, cum iis ipsis egeamus, sed suae cuique utilitati, quod sine alterius iniuria fieri possit, serviendum est.

Cicero 2. de officiis (Plurarch de us. vit.?)

---

Nec tamen nostrae nobis utilitates omittendae sunt aliisque tradendae, cum his ipsis egeamus, sed suae cuique utilitati, quod sine alterius iniuria fiat, serviendum est.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 3, 42 (M. Winterbottom ed., p.125, ll.23-26).

Usura (p.942)

Si necessariis contenti essemus, minime usurariorum genus pessimum inveniretur.

[auctor non nominatus]

---

[locus nondum inuentus]